Prac. Medic

A
18-388

28-12-7-1

Nº 1
11-388

Biblioteca Universitaria
GRANADA
Sala A
Estante 18
Tabla 388
Número

i11850760

R. 2443

# PRACTICA MEDICINÆ GENERALIS

A'

IO. IACOBO VVECKERO POLIATRO COLMARIEN.

VII. libris explicata.



FERRARIAE

Per Benedictum Mamarellum

Superiorum permiſſu. 1589.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

[illegible] = camomilla la

mazzanilla =

# SVMMO CHRI-STIANI ORBIS IMPERATORI CÆSARI RODOLPHO II. AVGVSTO.

*Etiamſi Telemachi verum illud eſſe, ſciam CÆSAR inuictiſſime, magnos magna, paruos parua decere: adeoq; ſi meā obſcuritatem cum S. M. T. ſplendore componā, ab inſtituto meo penitus diſcedere debuerim: argumēti tamen ſuſcepti, dignitas & amplitudo non modò in ſententia me confirmauit, verum etiā Cepheſię dictum diſcipulū conten*

*tius tibias inflãtem cedentis, in memoriam reoucauit* οὐκ ἐν τῷ μεγάλῳ τὸ εὖ ἀλλ' ἐν τῷ εὖ τὸ μέγα *poſitũ eſſe. Nam cùm id demũ verè magnũ cenſeri debeat, ꝙ in ſuo genere perfectũ exiſtit: perfectio autem non aliunde, ſi Peripateticorum Principi credimus, quàm ex virtute pendeat: at virtus ſui poſſeſſorẽ bonum efficiat: conſentaneũ ſanè videtur, id quod cõparatione aliorũ magnum, eſt bonũ itidem verũq; exiſtimari debere. Qua quidem rõnis inductione, Medicinã non modò inter vtiliſſimas hominum vitæ artes recipi, verùm ẽt pleriſq; præferri, ſapiens antiquitas meritò cenſuit, eiuſdemq; inuentionẽ Dijs immortalib. attribuit, vſum & exercitationem ſummis regibus familiarẽ eſſe deprehendit. Etenim ſi ꝙ in œconomia Pater eſt, id*

*in*

*in politia Rex:nō minus regi,pro ſalute populi excubāti,ſalubritatis, quàm reliquorū ad vitam oportunorū prȩſidiorū cognitio, neceſſaria eſſe videbitur. Vt proinde minus miremur,Catonem priſcum in re ruſtica pertractanda ea, quæ ad familię morbos vel præcauendos uel depellēdos facere poſſunt,curiosè deſcribere ſolitū:cùm Homerus,ſapiētię oīgenæ Oceanus,Agamemnona illū ποιμένα λαῶν, in peſtilentię, quę Græcorū exercitū inuaſerat ſedende rōne ceßantem, & oſcitantem,ab Achille,nō minus Chironijs, quàm Martijs artibus inſtructo heroe,ꝑ cōcione reprehēdi introducat.*

*Magna igitur Medicina eſt, propter auctores magnos,Deos videlicet,& qui vel ſacrarū literarū teſtimonio, Deorū terreſtriū locū obtinent,Reges atque*

Principes. Sed vt hęc nobilitatē Medici nę cōmendant, ab Artificibus deſumtā: ita eſt alia magis propria eiuſdē cōmendatio, ab arte ipſa petita, quatenus habitus verus eſt methodicè traditus: ꝑ quē ſolum Methodici ſeu Dogmatici medici ab Empiricis differūt, & à quo ſolo artifices nō immeritò appellari debent. Huius vti primus inuētor, & cōſtrutor fuit Hippocrates, ſic ampliator et deſignator Galenus: cui fortaſſis operibus artis multi, prçceptionibus verò nulli cōferri poſſunt, cū quicquid poſteriores Grçci Arabéſue boni habent, hoc eſt methodici, id ex Galenicis fontibus hauſiſſe, & quotidianę tantū experientiæ exēmplis locupletaſſe videātur. Sed ꝙ ſummo illi viro & à nemine prçterꝗ docto ſatis laudato à nemine prçterꝗ indocto petulanter cō

temto

temto, vitio datur, Methodi virtutē pri
mam, ordinē.ſ.et perſpicuitatē, orationis
prolixitate, ab eo fuiſſe obſcuratā, id vt
per ſe verū ſit, at neq; ex confeſſo ne-
que ex profeſſo. Namq; virū illū verè
magnū non magis patriæ vitio (nam ple
riq;, ad Aſiaticum dicendi morē confu
giendo, dum Galenū excuſare conātur,
vitioſam illius inſtitutionē, per quā hoc
ipſum, licet populare vitium, emendari
debuerat, accuſare videntur) quàm cer
to conſilio, vt Hippocrateę breuitati lu
cem inferret clariſſimā, hoc ipſum facti
taſſe, vel ex eo liquet, quòd in præclaris
illis de Arte medicinali, & de Cōſtitu-
tione artis cōmentarijs, ſatis oſtēdit, quā
ta breuitate artē ipſā tradere potuerit.
Medicinā ab illo multis libris fuſiſſimè
traditā, ſed & pro diuerſa ſcribendi oc-

*caſione non ſemper eo, quē theorematū ab ipſo propoſitorum ſeries requirebat, ordine explicatā, nos Galenicæ methodi terminis circumſcriptam, in locos communes retulimus, reciſis ſuperuacuis, alienis in ſuū locum relatis: & nequid in hoc genere deeſſet, poſteriorū quoque Gręcorū ſcripta, eadē methodo in claſſes certas redegimus, vt hac ratione integrā Medicinā Græcorū, vno veluti corpore cōprehenſam, magno cū ſtudioſorū fructu, & verò etiā temporis compēdio, Aſclepiadeis hominibus exhiberemus. Et iam profectò diligentiā & laborē noſtrū publicè ſpectandū propoſuiſſemus, niſi Typographicę remorę hac in parte vota publica impediuiſſent. Interadum Iouis Olympici gigantea ſtatua expectatur integra, in ſingulis partibus*

*peri-*

*periculũ artis facere, methodiq́; ſpecimẽ exhibere, nõ alienũ nobis viſum eſt. Ad eoq́; ex quinq; Medicinæ partib. eã quæ ſibi eximiè Therapeias nomẽ uẽdicauit hocce Enchiridio vniuerſim delineare ſtuduimus: vt quẽadmodũ Geometrę amplisſimã uniuerſi machinã exili interdũ globo cõprehendũt, & minore quidẽ cũ labore, at non minore cum ingenio*

Terrarum tractusq; maris cœlumq́; profundum

*oculis hominũ ſubijciunt: ita quoq; nos diuinos illos methodi Therapeuticæ libros, à Galeno ſcriptos, in hanc formã cõtrahere. & heterogenea ab homogeneis ſegregãtes, purã putam curatiuam methodum exibere voluimus. Ergo ſiue propter authorũ amplitudinẽ, ſiue propter methodum opuſculum hoc, mole quidem*

dem exiguum, ſed virtute magnũ, tibi, RODOLFE AVGVSTE, maximo Chriſtiani orbis Imperatori, ea qua decet ſubmiſſione, offero, vt quemadmodũ hoc ipſum maioris operis rudimentũ erit, D.O.M. benè fortunāte: ſic feliciß. Imperij tui initij Rex ille regũ, & Dñs dominantiũ, ea addat pacis ornamenta, belliq; decora, vt domus Auſtriaca, quę conſtāti Electorũ voluntate incomparabili inter Chriſtianos Principes exēplo, tot iam cōtinuata ſerie Imperatores, nō minus in rectè ſapienterq; gubernanda, quàm in fortiter defendēda Rep. clariß. protulit, ea per te incremēta ſuſcipiat, vt ex homericis Hectoris voto, nō tantũ patrē tuũ Maximiliadũ II. ſapienti moderatione, Ferdinandũ auũ ſanctimonia vitæq; innocentia, Carolũ V. patruum

for-

*fortitudine, verum ẽt vt maiores tuos nũ quã ſatis laudatos, hæc niſi heroico ſtylo celebrandos, Maximilianũ I. Fredericum III. Albertũ II. atque I. ipſumq́; generis tui illuſtratorẽ Rodolphum I. à quo nomen trahis felicitate, & pietate, hac quidẽ Deo immortali, illa mortaliũ generi conciliandus, adæques atq; ſuperes. Hanc voti publici ſummã, is qui ſolus poteſt, ratã faciat, ad Chriſtiani orbis tranquillitatẽ, & priuatorũ S. M. T. deuotorũ (inter quos occaſione potius quàm affectione me vel à deuictiſsimis vinci patiar) ſalutẽ, & incolumitatem.*

*Colmariæ A. d. IV. kal. Martij, An. Sal. M. D. XXCV.*

*S. M. T.*

*Humillimus cliens*

Io. Iacobns Vueckerus.

# C L. V.
# IO. IACOBO VVECKERO
Medico Aſclepiadeo
εὐσχήμονι
Clinico lauti, excellenti,
experienti
ob MEDICINAM multis iampri-
dem vigiliis & monumen-
tis illuſtratam,
nunc demum hoc paruo quidē
ſed ingenioſo opere,
ſummam eiuſdem ἐν θεωρίᾳ
καὶ πράξει feliciter tentatam
εὐπραξίαν
Theorematis practicis verè,
germanè, catholiceq;
conſtitutis

omni ἀμηχανίᾳ καὶ ἀλογιστίᾳ in mor-borum cauſis, in remediorum αἱρέσει, μίξει, διακρίσει καὶ ἐφαρμώσει longiſſimè profligatis Regia deniq; via ad medendum citò, tutò iucundeq; aperta, & complanata.

IAC. MOCCIVS MEDICVS

Ex

V. M. L. D. F. Q.

L. M.

P.

# IN METHODVM VNI-uerſalem peruenjendi ad Praxin D. D. IO. VVECHERI, D. Agnati ſui obſeruandiſſimi.

εὐχαριστικόν τε καὶ παραινετικὸν ἔπος.

*Ionathę Meieri Baſilienſis.*

*HVnc librum pręclare tibi VE-*
*CKERE remitto*
*Excuſum pręlo, te cupiente, meo.*
*Et te nunc docti toto venerantur in orbe,*
*Pro medicis donis auxilijsq́; tuis.*
*Hic generalis. n. medicinę praxis habet̄,*
*Ingenti quae non vtilitate caret.*
*Nos ẽt te nũc merito veneramur honorę*
*Proq́; tuo ſtudio, proq́; fauore tuo,*
*Hoc ꝙ opus doctũ noſtro cõmiſeris aeri,*
*Illuſtrẽtq́; typos quod tua ſcripta meos*
*Nec ceſſas poſthãc Praxĩ, fœtusq́; priores*
*Pergis: et egregiũ nũc meditaris Opus.*

Vtq́;

*Vtq; vigil legit hęc cupido mō pectore lec-*
*Qui fruit toties teq; tuisq́; libris: (tor,*
*Sic plures admiratur, ſperatq́; futuros:*
*Teq; petit libros pollicitante nouos.*
*Pergas ſic nobis Specialē abſoluere Praxī*
*Factaq; pollicitis adde petita tuis:*
*Atq; illam potius praelis ſuppone tuorū,*
*Ut videat lucem per mea praela diu.*
*Perge tuis medicas ornare laborib. artes,*
*Vtq; facis, praelis perge fauere meis.*
*Sic duce te creſcūt cupidi bona pub. mūdi*
*Cōmendat nomen ſic tua fama meū.*
*Sic alacri vigiliq́; fide, ſic tempore laeto*
*Te conſanguineū magnificabo meum.*
*Sic ego ſic oīs medicis imbutus ephebus*
*Artibus, aeterno tempore gratus erit.*
*Et nomen ſine fine tuū ſuper aſtra feretur*
*Rem Medicā tali quod ratione iuuas.*

# IDEÆ HIPPOCRATEÆ AD MEdicam Praxin ſimul, & Theoriam facientes

## *APHORISMI.*

MEDICVS Philoſophus dijs æquiparandus, Doctus eſto, Bonus, & in arte potens: nempe vt Sciat, Velit atque Poſſit de genere humano in ſanitate cuſtodienda reuocandaq; benè mererj,

Proinde duo in eo requirũtur sũma, χῆμα medicũ, & δ'χημοσύνη medica

Σχῆμα medicum in Dogmatica præceptorum cognitione, & Hiſtorica deſignatione exemplorum ad artẽ pertinentium conſiſtit.

Quarum

Quarum vtraque & Naturæ rectam conformationem, & Doctrinæ fidelem inſtitutionem, & Experientiæ inſuper dillgentem confirmationem requirit.

Εὐσχημοσύνη verò ſiue Elegantia medica, à qua Gratioſi Aſclepiadæ olim, hodie Excellentes appellantur, tanquam externa perſona artificem ornat ſecundùm Animum, Corpus, & Fortunas.

Ad Animi ornatū faciunt Inſtrumēta philoſophiæ, eiuſdemq; Habitus.

Inſtrumentis nitatur oportet tum Rationis, à Logica: tum Orationis puræ, & elegantis, à Grammatica, à Rhetorica, & uerò etiam à Poetica mutuatis,

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

Habitus philoſophici ad Cognitionẽ, & Actionẽ pertinentes ſunt varij.

Cognitionis habitus ad Medicum ornatum faciunt, alij magis, alij minus. Theologia in primis, tanquã baſis. Phyſica deinde, ampliſsimas colonias ex ſe deducens. Anatomiam, Rhizotomiam, Pharmacopœiam, & ſub hac Chymiam. Mathematica denique, vt non neceſſaria, ſaltem pediſſequa. Ex quibus ſapiẽs medicus iure denominatur.

Actionis verò habitus ad Probitatem eiuſdem conferentes nobiliſſimas ex ſe actiones deducunt.

Sic Prudentiæ Medici conuenit In loquendo & diſſerendo argutum & neruoſum eſſe: In deprehenden

dis

dis ægrorum adſtantiúmue erroribus & decipulis ſagacem.

Fortitudine ſit ea animi, vt ne vel terrorem vel confidentiam excitantibus ſupra quàm decet moueatur.

Munditiẽ corporis amplectatur, multo verò maximè eam quę animi eſt: quoad alimenta frugalis, quoad venerem etiam ſuſpicionis expers.

Quæſtum ex opera operéue medico turpem fugiat.

De mercede nunquam paciſcatur prę terquam confidentiæ ægri excitandæ cauſa.

Præmia ne promiſſa quidẽ auarè exigat ab ijs qui poſſunt, qui non poſſunt, ne ſperet quidem.

Honoris contemptor eſto, niſi quem

artis peritia non emendicatũ ultrò offert. Parcus ſui ipſius laudator, nec niſi urgente neceſſitate recitator.

Seuerus in ijs, qui artis ſucceſſum impedire poſſunt erroribus: benignus in cæteris, & miſeriæ ægrorum ſeriò condolens.

Ne' quidem errores ſuos fateri, & alios ſuo exemplo cautiores reddere ſuperſedeto.

Medicorum aliorum congreſſum, & conuerſationem ultrò expetito.

Morbum leuem & ſalutarem uerbis ne aggrauato.

Euentum morbi præſcitum nunc prædicito, ad ægri obedientiam excitandam, artiſue calumniam auertẽdã: nunc diſſimulato, ne morbus

corporis, animi morbo augeatur.
Remediorum præſtantiam præcipue nũquam quæſtus, ſed auctoritatis interdum cauſa mentitor.
Quæ uel in arte uel extra artem cælare præſtat occultato.
In alienis obſeruandis cenſendiſue, nec curioſus nec acerbus eſto.
Aliorum ſucceſſibus nec inuideto, nec obtrectato.
Humanus, & popularis ęgra omnes minimè tamen garrulus.
Non moroſus, & acerbus, nõ ſcurilis, & ridiculus.
In familiaritate contrahenda facilis, in conſeruanda officioſus, in conſilijs placidus.
Orõne breui, ſed arguta & ſẽtẽtioſa vtitor.

Vultu grauitatem ſimul & blanditiã præſerto.

Aegrum ſedatè, & ſi morbus poſtulet, frequenter viſitato.

Modeſtè aſsideto, interrogato, tangito, conſideranda perpendito.

Turpia dicta factaq; auerſator oĩa.

Religionem & pietatẽ vt Dei & Naturæ miniſter non fucatè colito.

Numinis in cõſulendo agendoq; gratiam atque pacem exorato.

Aegrũ ne quacũq, de cauſa ſuſpẽdito.

Pręceptores parentũ loco colito, eorũ dẽ filios pro fratribns cõplectitor.

Medicos collegas tum aliàs, tum præſertim in cõſultationib. abſq; inuidia, & ſugillatione audito, doceto.

Aliena contrectare ne in animum

quidem

quidem inducito.

Atque ut animus Medici Philoſophi benè quoque habitet, corporis ornamenta accedant opportuna.

Aetas iuuenilis quidem tolerantia & officio, ſed ſenilis ſapientia & iudicio præſtat. Intermedia utroque participat.

Habitu corporis bono ſit, ne vulgatũ illud obijciatur, cura teipſum.

Veſtitum nec ſordido, nec luxurioſo, nec peregrino, ſed mundo & frugali & ad peregrinationes actionesq; medicas oportuno vtitor.

Non ſordidus, non comtulus, ſed nitidus atque lautus eſto.

Ab odorib. & vnguentis abſtineto.

Hiſce ex Fortunis quoque penitus or-

natus adſtipuletur.

Comitatum, & pompam diſcipulorũ ęgrorùmue ſanitati reſtitutorum, tabellarum item atque diplomatũ oſtentationem agyrtis relinquito.

Teſtimonium prouectus in arte, non ſua ſed ægrorum confidentiæ cauſa, à bonis atque doctis accipito.

A ratione non à fortuna totus pendeto. Fortunam in Artem, nihil in Artificem non niſi concedente Numine aliquid poſſe perſuaſum habeto

Nobilitatem ex Aſclepiadea profeſſione potius quàm ex maiorum claritate, conſectator, tuetorq;.

Ex his fontibus porrò Προςασίη ſiue Præfectura medica, triplici ornatu inſtructa, in mediam hominum ui-

tam prodiens, uarijs operibus ſeſe ſpectandam exibebit, ſiue Officia perpendatur, ſiue perſonæ.

OFFICIORVM genera niſi metho di terminis circumſcriberétur, pro pe innumerata cenſeri poſſent.

Huius ſunt loci, Locorum quo ad aerem, aquam, cœlum, diligens inſpectio.

Chirurgicarum operationum obſeruatio: Remediorum exploratio: Præceptorũ methodica perceptio.

Diligens morbi mutationis atque euentus prædictio, Morbi præſentis cognitio, inueſtigatio, ab ægro, ab aſtantibus.

Naturæ ante omnia imitatio.

Communicatio præceptorum ſimul,

& exemplorum artis fida erga diſcipulos.
Aegros & adulantes ſui officij admonere, ſecuros terrere, meticulos erigere.
Non perſunctoriè, non temerè, non nimis curioſè artis munia obire.
Occaſionem præſentem apprehendere, futuram patienter expectare.
Ineſpectatis nec confidere, nec ſuprà modum terreri.
In ſuſcipiẽdis aggrediẽdisq; morbis, nec temerariũ, nec meticuloſũ eſſe.
Nullus operis operæue medicæ ſubpudere.
Præcipitantiam in motu, inceſſu administratione fugere.
Grauitatem in ſermone, ſeſsione, in-

ceſſu, vestitu amplecti.

Auctoritate velet heroica excellere, imperando neceſſaria, prohibendo noxia, reprehendendo errata.

Aegro, diſsimulato ſordium faſtidio, comiter aſsidere.

Pauperibus gratis mederi.

Peregrinos præ cæteris humaniùs cõplecti.

Ingratos & auaros, quãtumuis dignos qui negligantur, in morbo præſertim ancipiti, non derelinquere.

In agendo promtum, expeditum, dextrum, elegantem eſſe.

Inſtrumẽtis medicis diligẽter & opportunè paratis domi abũdare: foris neceſſaria tm̃ & expedita ſecum ferre

Memoria remediorũ formas tum ſim

plicium tum compoſitorũ tenere: ad eiuſdem ſubſidiũ nihilominus aduerſaria in promtu habere.

In ijs quæ offeruntut alimentis medicamentisque elegantiæ lautiæque ſtudere.

Aegri cupiditati neque adulatoriè blãdiri, unde morbus augeatur: neque crudeliter reluctari, unde animus ægri à cura abſterreatur.

In chirurgicis operibus adminiſtrandis celeriter & expeditè agere, iucundè & indolenter agere, ſecurè atque tutò agere.

Conſuetudinis atque uirium ægri inprimis rationem habere.

Quòd ſi nunc Perſonis cõſideremus, eadem ipſa officia in tres claſſes diuidi

uidi

uidi poſſunt quorum alia Aegrum, alia Aſtantes, alia Medicos cęteros reſpiciunt.

Aegri animo prius quàm corpori medendum.

Ea quæ ægrũ ſcire par eſt, docere, quæ opinari, perſuadere: nunc confidentiam, nunc timorem exprimere.

Ea quæ ægrum facere oportet, dictatoriè imperato: interdum quoque in parem gratiam aliquid remittito, & indulgentia leui grauiorem obedientiam mercator.

Quæ ægrum ignorare conuenit, cælato, diſſimulato, callidèue interpretator.

Morbũ modò difficil[illegible] ut obediat, modò facilé, uti ne det[illegible]ret; ſimulato.

Nihil ſuperbè promittito: ad Dei potentiam, & Naturæ obedientiam artis opera omnia referto.

Remedijs nunc varijs, nunc paucis vtendum affirmato: illud ne feſtinet, hoc ne animum deſpondeat.

Medicum nec auarum, nec infidũ & deſertorem fore fidem facito.

A quibus abſtinere debet, partim minis, ſed, vt erga hominem liberum, modeſtis, extorqueto, partim blanda admonitione abducito.

Adſtantes ægro gratos, & acceptos præſtato: ingratos abigito.

Iiſdem morbi naturam & cauſas non multis ambagibus, ſed apertis ſimilitudinibus explicato.

Euentum prædictione occupato.

Tumul-

Tumultus ex confidétia vel deſperatione ortos cohibeto, corrigito.
Ad imperata dextrè & fideliter faciéda nunc pollicitatione nunc interminatione cogito.
Fidei aſtantium quorùmuis ne fidito, in eorum præſertim quæ maioris ſunt momenti remediorum ſubminiſtratione.
Medicorum aliorum in morbo tum periculoſo, tũ ſalubri, ſed propter ægri nobilitatem moroſitatémue difficili, introductionem expetito, ne dum ſubterfugito.
Abſque contentione, & altercatione & inuidia, non priuati, quæſt us, vel gloriæ, ſed ægri ſalutis & veritatis cauſa, conſilium dato, admittito.

Empiricorũ conſilia, propter methodi ignorantiam cõtemnito: media uerò tanquam omniparentis Naturæ dona, examinato, & niſi potior ratio diſſuadeat admittito.

Præceptorũ ab doctrina & expiẽtia inſtructiorũ, quicũq; ætate iuuenis es cõſilia expetito, monita admittito.

Diſcipulis pręcepta fideliter communicato, exempla cõmoſtrato, adminiſtrationis, quãdo licet atq; datur comites & inſpectores & adſtites, & cuſtodes adhibeto, ſed iam ætate maturos, & pręceptis artis eruditos

Contrariæ ſunt Medicorũ improborũ & ſophiſtarum, artis pulcerrimæ profeſsione ad quæſtũ & amitionẽ abutentium, notæ atq; noxæ. §

# PRACTICAE GENERALIS TYPVS.

- Practica *tum in*
  - Genere *in cognitiõe cauſarũ, & morborũ curatiõe uerſatur. Sic ergo de*
    - Cognitione *cauſarum*
      - In*ternarũ puta.*
        - Materiæ: *videlicet* Partium *affectarũ*
        - For*ma, ſcilicet*
          - Af*fectuũ* Cã*rũ.*
        - De *his lib. I.*
      - Externarũ. *Vide Aa*
    - Curatione *affectuum. De qua agetur Lib. VII.*
  - Specie. *De hac in Praxi ſpeciali.*

- A a Cō ſideratio inſtituenda
  - Finis nēpe actionis Medicus ab actione incipit. Inde ad inſtrumenta ꝓgreditur. Antequam enim inſtrumētavri incipiat prius perſpicit, an agere poſſit Deinde quid agere debeat. Sic ergo Medicas perpendit.
    - An morbus curari poſſit. Multi nāque morbi ſolis p̄ſagijs relinquendi ſunt.
    - Quid fieri debeat.
      - De his Lib. II
  - Efficientium Cū Medicus agat ꝑ inſtrumenta neceſſe eſt, vt cognitionē habeat tum
    - Diætæ. Lib. III.
    - Pharmaciæ: videlicet medicamentorū tum
      - Simpliciū Lib IIII.
      - Cōpoſitorū Lib. V.
    - Chirurgiæ. Lib VI.

# PRACT. GENERALIS, LIBER I.

*ARGVMENTVM*

De partium affectarum, affectuũq; & cauſarum cognitione agit. Eius autem capita hæc ſunt.

*Quibus notis locus affectus deprehendi poſſit,* Cap. 1.
*De locis affectis ꝑ ſe, & ꝑ conſensũ & quot modis pars aliqua corporis per cõſenſum afficiat.* C 2
*De notis, quibus affectus dignoſcantur,* Cap. 3.
*De morborum generibus,* Cap. 4
*De ſymptomatis in vniuerſum,* Cap. 5
*De notis, qb. cauſę cognoſci poſſint* C. 6
*De morborũ cauſis in vniuersũ,* C. 7

# PRACTICAE GENERALIS LIBER I.

## *Procemium totius operis.*

OMNIS docendi via, ac ratio, præcipit, vt à generalibus ad particularia progrediamur. Itaq; efflagitantibus quibuſdam medicæ artis ſtudioſis, & candidatis, vt librum de curandis humani corporis malis conſcriberem, generalē prius methodum deſcribendam fore putaui, qua tandem facilius & promptius in particularibus ſeſe exerceant, cum in vniuerſalibus methodus, in particularibus exercitatio conſiſtat. Methodus ergo eſt, in ægrotis primò perſcrutari, quę nam corporis pars affecta ſit, & quo-

quomodo, primatione, an per conſenſum alterius cuiuſdam particulæ: deinde quis ſit affectus præternaturā, num morbus, vel ſymptoma: tertiò quæ ſit eius cauſa: Poſtremò an is affectus curari valeat, & quomodo, & quibus inſtrumentis. His enim incognitis, fieri nequit, vt probè curatio abſoluatur. Qua autem via, ac ratione valeat quiſpiam affectam ſedem omnem, ac quemuis præternaturam affectũ, eiusque cauſam dignoſcere, ac demum affectum ipſum, ſi is curari poſſit, propugnare, & quibus inſtrumentis, iuxta Hippocratis & Galeni doctrinam, hoc opere ſcribere aggrediar, initio à læſis particulis ſumpto.

## *Quibus notis locus affectus deprehendi poſſit, Cap. I.*

ITaque ante omnia Medicus in curandis ſingu
lis corporis malis.partium corporis,quas lo-
cos nominare conſueuimus,notitiam habere de
bet Huiuſmodi namque plurimum confert,non
ſolùm ad curationem,quam pro locorum diffe-
rentia variari contingit:verùm etiam ad affectus
dignotionem,& Prognoſticum. Verùm hic non
de iis,quæ in ſuperficie conſtitutæ ſunt,partibus
vtpote quæ facilè ſenſibus deprehendi , queant,
neque etiam de earum natura ſeu eſſentia, neq;
actione,ſiue vſu, neque compoſitione quicquam
agemus(cùm hæc ad artem ſecandi corpora per
tineant. ſcribimus enim hęc iis, qui iam in cor-
poris diſſectionibus ſunt uerſati)ſed de iis locis,
qui intrinſecus latent , & in conſpectum non ue-
niunt.quibus ſcilicet notis deprehendantur .

Itaque locorum affectorum cognitio quinque
potiſſimum rebus eluceſcit: nimirum actione lę
ſa, excretis, ſitu, doloris proprietate , & pro-
priis accidentibus . Sanè actio læſa ſola interdũ
affectam partem indicare poteſt. & quidem hoc
modo. Si enim accidens aliquod circa cernendi
officium euenerit,oculum affici conſtat. Sic quo
que ratio, vel imaginatio,vel memoria læſæ,cere
brum affectum eſſe demonſtrat:pulſus verò præ
terna-

ternaturam, cor laborare indicat: priuatio mot⁹ neruum, & muſculum cibi faſtidium, os uentriculi: mala cibi concoctio, ventriculum: ſanguificationis fruſtratio, hepar, &c. Porrò excretorum ſpecies affectam partem indicat, & per partium ipſius eſſentiam, & per contenta in ipſa. Per partium ipſius eſſentiam, ut ſi bronchium tuſsiēdo excernatur, pulmoner ægrotare indicat: ramentum per alium eiectum, inteſtina affecta oſtendit: caruncula per urinam excreta, renes: excrementa lamarum ſpeciem referentia, per vrinam excreta, veſicam affectam eſſe portendunt. Sic etiā per contenta in ipſa parte. Nam urina excreta per vulnus, veſicam, vel vrinarios meatus affectos oſtendunt: ſtercus per vulnus excretum, inteſtinorum aliquod: cibus per vulnus, ventriculum: efflatus ſpiritus inter reſpirandum, membranam coſtas ſuccingentem affectam eſſe indicat: lapis excretus, renes uel veſicam: ſanguinis grumus per tuſſim eiectus, thoracem: lumbrici inteſtina laborare demonſtrant. Cęterùm poſitus quoq; affectam partem ſufficienter commonſtrare poteſt. quippe durus in dextra præcordiorum parte tumor, nō lienis, ſed iecoris affecti nota eſt, quemadmodum ſi fuerit in ſiniſtra, nō hepatis, ſed ſplenis affectum portendit. Ac poſitus interdum, ubi ſimiliter ſe habēt excreta, affectā partem commonſtrat. Si enim membranoſæ tu-

nicæ fruſtulum excernatur, id vlcus eſſe alicubi oſtendit: verum in qua ſit particula, expoſitu diſcere poteris. Nam ſi vomendo fuerit reiectum, aut gulæ, aut ventriculi: ſi tuſſiēdo, gutturis, aut aſperæ arteriæ: ſi ſcreando, faucium: ſi cum vrina, eius fiſtulæ ſi à ſede, alicuius inteſtinorum: ſi per mulieris pudenda, vteri affectum portēdit. At verò cōſtat, quod ſinguli dolores pro poſitus varietate, affectum locum oſtendere poſſunt. Quippe apparentib. pro vomitum vlceris notis, animaduertendum eſt, vtrum anteriores partes circa præcordia, aut poſteriores circa dorſum, dolor aliquis infeſtet: dignoſcemus autē id hac ratione. Etenim qui in anteriorib. percipitur, vētriculū: qui uerò in poſterioribus, gulā occupare cenſetur. Haud aliter os ventriculi à ſpacio ipſius, & à gula diſtinguendum eſt: ſi deuoratis quibuſdam acribus, hoc quidem in ore ventriculi, aut parte inferiore mordicationem excitet: illud verò in tranſitu gulæ, quæ ſecundum thoracem eſt. Omnia enim hæc poſitu diſtinguuntur. Sed nunc exemplū aliquod afferre operæpretiū videtur, quomodo ſcilicet locus affectus ex propriis accidentibus innoteſcat. Ore quidem ventriculi affecto, faſtidium infeſtat: per hepatis uerò imbecillitatem, excrementa per alium deiecta, aquæ, in qua carnes nuper mactatæ ablutæ fuerunt, ſimilantur: item maxillæ rubræ apparēt

in peri-

in perineumonicis: ſuffuſio oculos infeſtat: hæmodia, dentium ſtupidorum eſt nota. Sed ex doloris ſpecie locus affectus commodè deprehendi poteſt. Siquidem dolor punctorius, membranas, dolor pulſatorius, arterias: dolor grauis, viſcera, vel aliam partem ſenſus hebitioris affectā eſſe indicat. Hæc igitur ſunt affectorum locorum notæ.

## *De locis affectis per ſe, & per conſenſum, & quot modis pars aliqua corporis per conſenſum afficiatur. Cap. 2.*

NOtitia partis affectæ habita, perquirendum venit, nū propriè, ſeu primò, aut per conſenſum pars afficiatur. Nam huiuſmodi ſpeculatio non parum ad curationem conducit, cū ad curandi rationem nō ſine manifeſta vtilitate in primis pertineat, cui nā parti remedia ſint aptāda, cognouiſſe. Siquidem medicamenta non niſi ei, quæ proprio, & primario affectu laborat, applicanda ſunt. Ea namque curata, nullus relinquitur in ea, quæ per conſenſum, afficitur, præternaturam affectus. Equidem parti proprius ſiue primogenius morbus eſt, cuius pars per eſſentiam & propria affectione laborat: vel

tum affectus proprius eſſe putãdus eſt, cùm permanere in parte quapiam perſpicitur. Vnde ſi in morbo laterali permanens eueniat delirium, caput proprium habere morbum perpendendum, ita, ut quamuis lateris morbus quieſcat, poſsit tamẽ capitis morbꝰ permanere. Quòd ſi verò pars aliqua ob alteram afficitur ſic, vt irritata quidẽ vna, altera vehemẽtius moleſtetur, remiſſa verò irritatione, quieſcat, eã per ſympathian, ſeu per conſenſum affici putandum eſt. Verum pars corporis per conſenſum quinq; modis afficitur: videlicet quãdo vel humor, vel vapor aliunde pertranſit, quãdo facultas vel cum eſſentia, vel citra eſſentiam priuatur, uel quando materia aliũde pręparata deficit. Siquidẽ aliter dolet caput vbi cõtẽti in vẽtriculo humores eleuãtur, qui ſimul & calefacere, & diſtẽdere ea, quæ ſunt in capite, poſſunt, atq; aliter ſuffuſiorũ apparẽt viſa q̃dam, ſolo uapore per ipſos tranſeunte. Prętereà aliter afficitur is, cui meatus à cerebro deſcendens obſtructus eſt: aliter ille, cui ꝑꝑ ſpinalis medullæ inflammationem reſoluta ſunt crura. atq; aliter is, cui vox aut perijt, aut vitiata eſt. Etenim ad crura facultas quædã citra eſſentiã, deſcẽdere prohibita eſt: ad oculo verò, cũ eſſentia: verùm ad guttur, quãuis materia perueniat, ſufficiens tamen ipſius quantitas haud quaquam accedit. Qui veró ob intercoſtalium muſculorum perſo-

perforationem obmutuit, is totam vocis materiam amiſit. Porrò quemadmodum crura per dictas ſpinalis medullę diſpoſitiones reſoluuntur, ita etiam guttur vocalibus neruis vel inciſis, vel laqueo interceptis. Sed hæc de primogeniis, & per conſenſum affectibus ſufficiant, nunc tempeſtiuum eſſe videtur, vt ad ipſius affectus notitiā, accedamus.

---

## *De notis proprijs, quibus affectus, dignoſcantur, Cap. 3.*

PArte affecta cognita, inueſtigandū eſt, quis ſit affectus præternaturam, an ſcilicet morbus, uel ſymptoma. Ad horum autem cognitionem prius tum morborum, tum ſymptomatum naturam, & differentias ſcire cōuenit. Verùm de his deinceps, nunc autem qua via, ac ratione affectus dignoſcamus vniuerſos, pręſertim eos, qui circa partes corporis intimas conditi fuerint, agendū uidetur. Niſi .n. affectus fuerit cognitus, qs remedij qualitatē inuenit? cū quilibet affectus ſuo contrario auferatur. Proinde horum cognitio apprimè neceſſaria eſt. Eos autem dignoſces: ab excretis, ab accidētib. propriis, ſeu ſymptomatis à loci natura, & doloris proprietate. Ab excrementis quidem, vt ſi vlcus ſit, ex ramentis: ex ſabuloſa vrina lapidem deprehendimus.

Excre-

Excremẽta verò cucurbitæ ſeminibus ſimilia, latorum vermium indicia ſunt: deiectio cibi nondum mutari, dyarrheæ: mictus potus non mutati, diabetę indicium eſt. Ab accidentium quoq; proprietate, affectuum indicia ſumuntur. Nam quibuſdam per tabem vngues adunci euadunt: ſine ratione inuadens rigor cum febre, inflammationis ad ſuppurationem trãſeuntis, indiciũ eſt: lingua nigricans, ardentem febrem portendit. Sic etiã coloris in vniuerſo corpore proprietas, alia quidẽ per hepatis, alia verò per ſplenis affectus apparet: ita vt doctum medicum haudquaquam poſsit fallere, ſicut nec color quidem: quẽ hæmorrhoides induxerunt. Ab ipſorum quoq; locorum affectorũ natura indicia morborũ oriũtur, eò quòd quibuſdã ſolis partibus morbus hic accidat, quibuſdam verò ſolis non eueniat: quippe ſoli oculi, ſuffuſione laborãt: lapis, in renibus. & veſica naſcitur. lũbrici in inteſtinis gignũtur. Rurſus impoſſibile eſt, vt abſceſſum cor ſuſtineat: quẽadmodũ neq; pulmo, neq; ligamenta dolorem. Quinetiam à doloris proprietate affectuum notæ deprehenduntur. Dolor. n. punctorius, pleuritidem: pulſatorius verò inflammationem oſtendit. Porrò ipſius quoq; morbi magnitudo, & mos tẽpuſq;, minimè negligenda ſunt. Dignoſcitur autem ipſius affectus magnitudo, ex diſpoſitionis, ac ipſam ſequentium propriorum

ſympto-

ſymptomatum magnitudine. Quòd ſi magnus propter præcellentiam partis fuerit morbus, ex præſtantiæ, partiſq; affectæ natura cognoſcitur. Morem verò ſeu malignitatẽ deprehendes, cùm ex eorundem morborum differentia, tum ex ſymptomatis quæ ipſam ſequuntur. Peſtis enim malignus, ephemera verò benignus affectus cẽſendus eſt. Sic quoq; pulſus bonus, ſputum coctum, mentis conſtantia, ſalutarem: è contra verò ſputum nigrum, mẽtis turbatio, inquietudo, &c. læthalem morbũ portendunt. Tempora præterea morborum dignoſcuntur ex cruditate, ex anticipatione, vel tardatione acceſſionum, ab acceſſionis longitudine, à morborũ & ſymptomatũ magnitudine & intermiſſionem. Siquidem cruditas principium morbi denotat: anticipatio verò acceſſionis, longiorq; acceſſio, morbus & ſymptomata vehemẽtiora, & intermiſſionis tempus breuius augmentum ſignificant. In ſtatu autem ſeu vigore, acceſſio neq; anticipat, neq; retardat, neque lõgior, neq; breuior, ſed æqualis eſt: morbus & ſymptomata neq; vehementiora, neq; mitiora, ſed in eodem ſtatu permanent. In declinatione acceſſiones tardiores, & breuiores, ſymptomataq; mitiora fiunt. Cæterum paucæ admodum ſunt ipſorum affectuum notæ, quæ non ſimul locum affectum oſtendant. Etenim actionis noxæ affectam duntaxat partem: earum verò differentiæ,

tiæ,

tię, ipſius affectum declarant: quę ſolę ipſorum affectuum ſunt propria ſigna, per accidens tamē ipſos ſequuntur. Vbi verò cōplicati duo vel tres aut plures fuerint morbi, non aliter dignoſcendi erunt, quàm ab excretis, ſymptomatis propriis, locorum natura, ac doloris proprietate, diuerſis ſiquidem exiſtentibus pro connexorum morbo rum numero ac natura. Cum his quoq; perpendenda ſunt, quæ præceſſerunt. Nam & ea non parum conferunt pro partis cum affectæ, tum ipſius affectus cognitione. Itaq; qualis præceſſerit victus ratio, quæ cōſuetudo, ætas, anni tēpus, regio aeris conſtitutio, &c. conſideranda ſunt, totius corporis diſpoſitione non neglecta, vt valeamus, quòad artificioſa coniectura permiſerit, diſtinguere, quis affectus vrgeat. Porrò cognitis morbis, diſtinguere oportet eos, qui per conſenſum fiunt, à propriis affectibus. Siquidem cum propriis accidentibus diſcernitur, ac ſemper eadem ſerint perpetua, neq; aliis præcedentibus ſuperueniunt, tunc eum proprium, ac primogenium appellamus. At cum propriis accidētibus diſcerni nequit, neque perpetuò permanent, & ad alias affectiones ſequuntur, per conſenſum ipſum fieri dicimus. Quot autem modis affectus per conſenſum fiant, pręcedenti diximus capite. Nunc ad reliqua tranſeamus.

De mor-

## De morborum generibus, Cap. 4.

QVamquã morborum & ſymptomatum tractatio limites inſtituti noſtri excedere videatur, & ad theoriã tantũ ſpectet, noſq; iis tantum qui ſe à theoria ad praxin conferunt; ſcribamus: tamen ut morborum, & ſymptomatum genera in promptu ſemper habeant ſtudioſi, faciliuſq; affectus à ſe inuicem diſtinguere poſſint, ea hic quoq; in memoriã iis reuocanda fore putaui. Morbus itaq; affectus eſt præternaturam, actionem primò lædens. Eius genus triplex eſt: intemperies: cõpoſitio vitiata, & unitas ſoluta. Intemperies ſimplex, vel calida, vel frigida, vel humida, vel ſicca. Compoſita, ea quidem immaterialis, uel calida & humida, vel calida, & ſicca: vel frigida & ſicca: vel frigida & humida. Materialis verò, vel ſanguinea, ut phlegmone, vel bilioſa, vt eryſipelas, vel pituitoſa, vt œdema; vel melãcolica, vt ſcirrhus uel mixta, &c. Porò cõpoſitio vitiatur in qualitate in quantitate & ſitu. In qualitate ſeu conformatione figuræ, conſiſtit, Varitas, Vacita, Curuitas, Simitas, &c. In qualitate cauitatum, ſunt, Obſtructio, Anguſtia, Compreſſio, Dilatatio, Plenitudo, & Inanitas: in qualitate, ſuperficiei, Aſperitas, Læuitas. Morbi in quantitate, & quidem numero abundante, ſunt,

ſextus

ſextus digitus: varices: tubercula: lapis: lumbrici: vitiligio: ſuffuſio: atheroma: meliceris: ſteatoma, &c. in numero verò deficiente: vt amiſſio digitorum: dentium: oſsium: narium: aurium: cruris, &c. In magnitudine aucta: vt lingua tumefacta: priapiſmus: auctio mãmarũ, teſticulorum: caro ſupercreſcens in vlceribus, &c. in magnitudine imminuta: atrophia tabes, &c. In ſitu autem morbi ſunt: luxatio: articulorum commotio: laxatio ligamenti, linguæ, pudendorum: coalitus digitorum, labiorum, ſedis: epiplocele: enterocele, &c. Cæterùm in vnitate ſoluta, & quidem in carne morbi ſunt, Vlcus: vulnus: contuſio: illiſio: in oſſe, fractura. rima: caries: in neruis, punctio: ſciſsio σπάσμα: in venis, ruptio: in cute, excoriatio, &c. Cõpoſiti verò morbi, ex iam dictis facile deprehendi poſſunt. Hæc quidem ſunt vniuerſa morborum genera.

## *De ſymptomatis in vniuerſum.*

## *Cap. 5.*

SYmptoma eſt affectus morbũ ſequens. Horũ duplex eſt genus: aut functionũ noxæ, aut affectus corporis noſtri. Actionũ noxæ, ſunt vel naturaliũ, vel animaliũ. Rurſus animaliũ actionum noxæ, ſunt vel ſenſibiliũ, vel mottricũ, vel principum. In principe actione, & quidẽ imaginatione

abolita conſiſtit, Caros: catalepſis: in debili, coma: lethargus: in deprauata, delirium. Sic in ratione abolita, dementia, & ſtultitia comprehenditur, in debili, fatuitas: in deprauata, delirium: in memoria verò abolita, obliuio: debili, torpor: deprauata, delirium. Quod ad noxas functionũ ſenſibiliũ attinet, in viſu abolito, cæcitas: in debili amblyopia: in deprauato hallucinatio exiſtit. Sic in auditu abolito, ſurditas: in debili, grauis auditio in deprauato, obauditio. Ad eundẽ modum in reliquis ſenſibilibus cenſendum. Cæterũ in motu abolito, apoplexia, & paralyſis eſt: in debili, ſtupor in deprauato: cõuulſio: tremor: horror rigor ſternutamentũ: tuſsis: pãdiculatio, & oſcitatio. Porrò naturaliũ actionũ noxæ ſunt vel in retentione vel expulſione, vel attractione, vel alteratione ſeu coctione. In retentione quidem abolita, hœmorrhagia: vomitus: ſudor immodicus: lienteria: diabetes: menſtruorum fluor immodicus, &c. In expulſione verò abolita, colica paſsio, voluulus: iſchuria in debili, dyſuria: in deprauata, dyſenteria: ſtranguria, &c. In coctione abolita, cruditas exiſtit: in debili, tarda concoctio: in deprauata, cùm cibus in ventriculo in alienam qualitatem permutatur. Eadem ratione de attractrice facultate exiſtimãdũ eſt. Atque hæ quidem ſymptomatum differentiæ à functionum offenſis ſumuntur. Symptomata au-

B tem

tem affectus corporis noſtri, aut viſibilia, aut odorabilia, aut guſtatilia, aut tactilia ſunt. Viſibilia ſunt colores præternaturam, vt Morbus regius: icteritia nigra: aqua intercus: lingua decolorata: pars aliqua corporis, ob abſceſſum, uel nigra, uel liuida, vel rubra. Audibilia uerò ſunt, uoces clangoſę, turbidæ, uel tremulæ: ſoni: ſtrepitus: ſtridores: murmurilla in aliis animalis partibus. Odorabilia ſunt, fętor auriũ, nariũ, axillarũ, gutturis, totius corporis: itẽ ructus fumoſus, acidus, viroſus, piſcium fœtorẽ referens. Guſtatilia ſunt: vt ſudor, uel alia reiectio dulcis, vel amara, uel ſalſa. Tactilia uerò, vt cutis arida, intẽta, laxa, vel rugoſa, &c. Ac tales quidem, & tot numero ſymptomatum differentiæ exiſtunt.

## *De cauſarum indicijs, Cap. 6.*

QVænã pars corporis ſit affecta, & quis ꝑternaturam affectus, hactenus docuimus, nũc quæ ſit ipſius affectus cauſa, qua via, qua ratione dignoſci ualeat, inquirendum eſt, cum nihil ſine cauſa fiat, affectuſq; curari nequeat, niſi prius eius cauſa tollatur. Eſt itaq; cauſa affectus quoq; præternaturã, actionem lædens, non quidẽ primariò, ſed ſecundariò. Ipſa nãque non per ſe, ſed morbo interueniente, actionem lædit. Proinde quinq; affectus præternaturam morbos præcedunt,

dunt, cauſæ rationem obtinebunt, ac morbificę cauſæ nominabũtur. Harum autem, cum aliæ in ipſo animalis corpore cõſiſtãt, προηγούμεναι ſeu antecedẽtes medicis dictæ, aliæ verò extrinſecus adueniãt, quas procatarcticas ſeu primitiuas appellant: priùs qua via ac methodo internæ inueſtigandæ ſint, docebimus, deinde ex quib. externę quoq; dignoſci poſſint. Internas ergo cauſas ex morbi ſpecie potiſſimũ ac ſymptomatib. eorumq; diuerſitate deprehẽdimus. At morbi ſpecies pręcipuè cauſam indicat, vt ſi Synochus nõ putrida fuerit, ſanguinem: ſi tertiana, bilem: ſi quotidiana, pituitam: ſi quartana, atram bilem, cauſam eſſe denotat. Eadẽ quoq; ratione, phlegmone, ſanguinem: eryſipelas, bilem: œdema, pituitam: ſcirrhus, melancholiam demonſtrat. Sic quoq; nõ modò quæ cauſa ſit, verùmetiã vtrum ea, quæ morbũ facit, in parte cõtineatur, tãquã in propria eſſentia, vel tãquã in inſtrumẽto, aut per ipſam trãſeat, ex ſymptomatum inquã differentia, vt ex diuerſa noxa diuerſarum functionum, excrementorũ uarietate, ac corporis diuerſis affectibus, colore præſertim, uel ſapore, uel odore, vel calore, vel mollitie, vel duritie. Totius quoq; corporis diſpoſitio, temperamentum, ſeu ægrotantis natura, ętas, regio, tẽpus anni, conſuetudo, ratio victus, & vt uno uerbo perſtringã, cũcta, quæ præceſſerũt, morborũ cauſas oſtendũt.

Nam præteritorum cognitio nihil aliud eſt, quã inuentio cauſarũ, quæ affectus pariũt. His quoq; addenda erit tũ ciborũ potionũq;, tũ medicamẽtorũ quotidiana experiẽtia, vt exquiſitè cũ morbos, tũ eorũ cauſas inuẽnire ualeas. Similiquoq; rõne cauſæ externæ, ſeu procatarcticæ inueſtigãdæ erũt. Ex ipſa nãq; morbi ſpecie, natura ęgrotãtis, ætate, regione, anni tẽpore, aeris cõſtitutione, pcedenti victus ratione, affectib. præcedẽtib. aliiſq; pręd ctis inquirẽdæ erunt. Quare vt ſummatim dicam, intueri oportet cuncta, tam præſentia, quam præterita ſymptomata. Pręſentia quidem medicus ipſe inſpicere poterit. Præterita verò non ab ęgrotante ſolum, ſed ab aſsiſtentibus, vel ipſius familiaribus haud difficulter perdiſcere licebit, quò promptius, non modo locus affectus, ipſeq; morbus, uerùm etiam cauſa inſalubris, quæcunque ea ſit, comprehẽdatur. Quamuis preteritorum cognitio magis neceſſaria fuerit, pro cauſarum, quæ affectus inducunt, inuentione: uelut præſentium, pro affectuum, & partium affectarum inuentione.

## De morborũ cauſis in uniuerſũ, Ca. 7.

Licet cauſarum tractatio præter noſtrum inſtitutũ eſſe uideatur (alterius enim tractationis eſt) tamen cùm ad cauſarum inuentionem non parum

parum cōducat, morborum etiam cauſas in memoriam ſaltem ſtudioſis reuocandas eſſe duxi. Itaque ſimilarium morborum calidorum cauſę, & quidē internæ ſunt, putredo ſanguinis, vel bilis itē conſtipatio maxima Internæ uero, ignis: ſol: alimenta calida, acria: potus calidus: medicamenta acria, & alexiteria, & amuleta: exercitiū vehemens animi affectus, vt ira, excādeſcentia, &c. Frigidorum morborum cauſæ internæ ſunt, humores frigidi, qualis eſt pituita: rarefactio totius, vel partis: conſtipatio maxima. Externæ, aeris frigiditas, aquæ niuis, glaciei, &c. cibus & potus qualitate frigidus, vel quantitate nimia ſumptus: item medicamenta frigida: motus immodicus: ocium: timores, &c. Humidorum morborum internæ ſunt humores pituitoſi. Externæ verò aer humidus, imbres plurimi: aquarum dulcium crebræ balneæ: cibus & potus copioſior, & natura humidior: medicamenta poteſtate humida: ſomnus longior: vita ocioſa, & ignaua: mollis educatio: & animi tranquillitas. Siccorum verò morborum cauſę internæ ſunt, humores melancolici: tranſpiratio plurima. Externæ, aeris conſtitutio ſicca: aquæ naturam habentes ſulphuris, nitri, vel aluminis: cibus & potus parcior & natura ſiccior: medicamenta exſiccātia: exercitia immodica: vigiliæ: curæ: triſtitia, mœror, angor, &c. Compoſitorum uerò ſimilarium mor-

 borum

borum cauſæ ex ſimplicium morborũ cauſis facilè inueniuntur. Porrò inſtrumentalium morborum cauſę, & quidem figurę vitiatæ: eſt malus conformator plenitudo, uel defectus. Obſtructionis uerò, humor lentus & craſſus: callus: grumus, &c. Anguſtiæ, carũcula: vel tuberculum, uel phlegmone, vel ſcirrhus, uel abſceſſus, &c. Cópreſſionis uerò eſt omne id, quod extrinſecus comprimere uehementius ualet. Dilatationis, expultricis facultatis motus immodicus: retentricis imbecillitas medicamenta uim aperiendi habẽtia: molicies immodica inſtrumentorũ: aer humidus & calidus. Coalitus autem cauſa eſt exulceratio ſuperficiei internæ, qua partes poſtea coaleſcũt. Aſperitatis cauſę ſunt, humores acres: medicamẽta abſtergentia: pulus, fumus. Leuitatis uerò, humor pinguis, & viſcoſus. Sic numeri deficiẽtis cauſæ ſunt, uſtio: reſectio: putrefactio: refrigeratio. Superflui uerò, utilis, uel inutilis materię multitudo: caro ſupereſceſcẽs in ulcere: phterigiũ in oculis, &c. Ad eundem modũ magnitudinis auctæ, utilis materiæ multitudo: uirtus ualida. Minutę uerò utilis materiæ defectus: uirtus imbecillis. Luxationis præterea cauſæ ſunt, ſubitarius, & uehemens motus: intemperies humida: fractio ſuperciliorum oſsiũ. Epiplocelis, &c. meatus à peritonæo ad teſticulos pertingẽs dilatatus, uel ruptus, &c. Cęterum ſolutæ unitatis cauſę & quidẽ

extrin-

extrinſecæ ſunt omnia ea, quæ erodere, tendere, rumpere, frangere, tundere, incidere, uel uulnerare, apta ſunt. Intrinſecę uerò repentini ualidiq́ue motus. humores acres, ſeu erodētes: plenitudo ad uaſa, &c. Tales quidem ſunt morborum cauſę. Porrò cum ſymptomatum cauſæ, morbi ſint, atque de iis ſuperius tractauerimus, huic libro finem imponemus.

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER II.

### ARGVMENTVM.

De prognoſticis, & indicationibus curatiuis potiſsimum tractat.

Eius capita hæc ſunt:

*AN affectus curari ualeat,* Ca. 1.
*Nunquid æger ſeruabitur, aut morietur,* Cap. 2.
*De ſignis ſalutaribus, & læthalib.* C. 3
*Quo tempore æger ſanabitur, vel morietur,* Cap. 4.
*De notis quibus modus ſalutis, vel mortis dignoſcatur,* Cap. 5.
*Num criſi vel abſq; criſi morbus terminaturus ſit,* Cap. 6.

*De præſentis criſis cognitione, & indi ciÿs ipſam præcedentibus, Cap.7.*
*De futuræ criſis præcognitione, Ca.8.*
*De futuræ criſis per fluxum ſanguinis narium præcognitione, Cap.9.*
*De indiciÿs futuræ criſis per vomitũ, Cap.10.*
*De ſignis criſim per deiectionem alui futuram. Cap.11.*
*De p̃cognitione criſis per menſtruorũ purgationem & hæmorrhoides, C.12*
*De criſis p̃cognitione ꝑ ſudores. C.13*
*De præcognitione criſis per abſceſſũ, Cap.14.*
*De diebus indicatoriÿs, & decretoriÿs, Cap.15.*
*Quid ſit ĩ corpore ęgro agendũ, C.16.*
*Quid ſit agendũ, ſi unicus fuerit affe-*

ctus, ſeu morbus. Cap. 17
Quid ſit agendum in pluribus affectibus, ſiue morbi, ſiue ſymptomata fuerint, Cap. 18
Quid ſit agendum, ſi fuerit morbus cum ſymptomate, Cap. 19
Quid ſit agendum, ſi fuerit morbus cum ſua cauſa, Cap. 20
Quid ſit agendum, ſi morbus, & morbi cauſa, & ſymptomata fuerint complicata, Cap. 21
De aliis indicationib. quę indicationes impropriæ dicuntur, Cap. 22

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER II.

### *An affectus curari valeat,* Cap. I.

QVa uia ac ratione Medicus debeat partē af
fectā, affectumq́;,& cauſā morbi inueſtiga
re,libro primo,qua potuimus breuitate, oſtendi
mus,nunc ad actionem ipſam accedentes, tem-
peſtiuum eſſe uidetur,ut edoceamus utrum affe
ctus ſanari queat: deinde ſi quidem is curari ua-
leat,quomodo, & qua methodo id peragi poſſit.
Scire aūt prius cōuenit an curari ualeat affectus
Niſi.n medicus futura prius ꝓcognouerit, &quo
nam morbus terminaturus ſit prędixerit,ſuā fa-
cilè reputationē amittet. Ecōtra uerò, ſi futura
prædixerit,& uſum auxiliorū dextrum adhibue-
rit,non ſolum ſe à mortis culpa immunē reddet,
ſed etiam ægrotos obtemperantes efficiet, & de
longinquo ipſi morbo obuiā ibit, multo antè re
mediorū tempus oportunū educēs. Quare huiuſ
modi artis pars minimè negligenda erit, utpote
quæ in dignoſcendis morborum euētis cōſiſtit.
Verū cū non omnia, q̄ circa ægrotantē oriūtur.
neceſſariā obtineāt generationē,non erit utique
ſemper firma prædictio,ut ſi propter uicinorū tu
multū,aut latrantes canes,aut iniucūdos quoſdā

nuncios

nuncios in ſomnis reddatu, æger: nullo horum morbi ratione effecto. Quinimò nec eorum omnium, quę morbi ratione efficiuntur, certam pręcognitionem habere poterit. Nam ſi humor aliquis intra corpus abũdans, & ſuperfluus, in partem quampiam nobilem, vel principem repentè influat, aut ab ea in viliorem tranſeat: quo fit, vt eum, qui in princeps membrum illatus eſt, ſummum periculum eum verò, qui non in nobilem, ſed in viliorem partem tranſmigrauit, ſubita, ac inexpectata ſalus laborantis neceſſario ſequatur. In his autem ſtatibus, quò terminaturus ſit morbus non exactè comperit Medicus: ſed tantũ in his prænoſcere licebit inconſtantiam, ac lubricitatem. At ſi permanentiam habuerit morbus: in quo non amplius diſfluunt excrementa, ſed in locum vnum quendam graſſata, illum occuparunt, præſagire in his futurum poterit, præſertim ſi circa ægrotantem omnia rectè gerantur Quæ enim perperam à quoquam aguntur, eæ cauſæ exiſtunt, vt aut morbi ſolutio prorogetur, aut mors anteuertat. Methodus autem, qua Medicus præſagiri valeat, nũ morbus curari poſsit necne, ex quinq; potiſsimũ rebus eluceſcit: natura videlicet & vſu partis: ſpecie morbi: virib⁹: more morbi, & quantitate. Si namque pars corporis ſpermatica fuerit conciſa, vulnerata, vel fracta, ita vt ſuo ſimili colligari non Poſsit: vel

pars

pars aliqua corporis tam longinqua, vt ad eam medicamenta pertingere non queant, quomodo ſanitatem polliceberis? è contra verò, ſi carnoſa, vel huiuſmodi, ut remedia ad eã pungere facile poſsint, de ſanitate quis dubitabit? Ad eũde modũ pars, quę ad vitã neceſſaria eſt, ſi perierit, pręſtari non poſſe id, quo tendimus, indicat: è cõtra ſi perierit hęc, quæ ad uitam neceſſaria non eſt, præſtari poſſe id, quò tendimus inſinuat. Morbi verò ſpecies, quę ex propriis ſymptomatibus, vt primo diximus libro, dignoſcitur, verũ curari affectus valeat, ſic indicare poteſt. Nam peſtis, elephantiaſis, phthiſis, & hydrops, non, aut vix curari poſſe indicat: è contra febris diaria, tertiana &c. curari poſſe inſinuat. Porrò viriũ robur, vel imbecillitas tum ex propriis actionib. tũ ex cõmodo tẽperamẽto, vel intẽperie partiũ, ex quib. vires proueniũt, dignoſcere licet, tã eius, quæ ex corde prodit, quàm quæ ex hepate oritur, quàm etiã, quę ex cerebro originẽ ducit. Si quidẽ fuerint ualidæ, optimè ſperare licet: ſin imbecillas omnes deprehenderis, malũ, vel mortem prædices. Si alterã tantum, vt vitalem, periculum annũcies: ſi animalem tantum, non omnino deſperabis: ſi naturalem, diligenter conſiderabis. Quoniam & ipſa multum ſuſpecta eſt, tamẽ pri⁹ conſideranda vitalis eſt, deinde naturalis, vltimo animalis. Porrò morbi mos curationis facili

tatem

tatem, vel difficultatem oſtendit. Siquidem magni morbi, & lethales ſolis præſagiis relinquendi ſunt, boni verò, quorum ſigna ſunt ſalutaria, curandi. Ad eundem modum morbi longi, difficilius, ac tardius; breues verò faciliùs, & citius ęgrantur. Parui præterea Medici ope non indigent, magni & quidem cum ſignis ſalutaribus curandi cum ſignis verò lethalibus, ſolis præſagiis relinquendi ſunt.

## *Nunquid ęger ſeruabitur aut morietur, Cap. 2.*

POrrò in conualituris morituriſq; ægrotationis vis cum uirtute, ſeu natura ſemper cōferenda eſt. utrum uidelicet ſuperet. Nam veluti in obluctatoribus, vel onus, aliquod portantibus accidit: vtrum aliquis portādo oneri ſufficiat, ſciri minimè poterit, hominis robore, oneris magnitudine, & itineris longitudine antea non perſpectis. Aegri itaque vires portanti onus, morbus verò, oneri, tempus autē, quod vſq; ad ſtatum extenditur, itineris longitudini reſpondet, euadendum ergo vel pereundum homini eſſe ex horum duorum altero robuſtiore cognito, morbo uidelicet, uel natura, prædictio faciēda erit Nam ſi natura, ſeu uires adeò ualidę fuerint, ut poſſint mor-

bum

bum ſuperare, neceſſe eſt ægrotum euadere. Si verò contra omnino morietur. Vires autem tum ex actione, tum proba temperie, vel intemperie, vt præcedenti capite diximus, cognoſcendæ sũt. Aegrotationis uero vis, tum ex morbi ſpecie, magnitudine, tum more, ſiue malitia, vel benignitate: tum morbi ſtatu, potiſsimum ſi criſi terminaturus morbus ſit. Adiuncta inſuper conſideratione ſignorum ſalutarium, & lethalium, de quibus deinceps dicetur.

## *De ſignis ſalutaribus, & lethalibus, Cap. 3.*

SVnt autem ſigna ſalutaria, mente conſtare, facilis anhelitus, facilis tollerãtia, pulſumq; bonitas, virium robur, decubitus decẽs, facies ſanis ſimilis, uenter & hypochondria nõ dura, alui excrementa æqualia, compacta, & coloris aurei; vrina ſubflaua cum hypoſtaſi alba, æquali, cõtinua: ſputum album, nõ fœtens quod facilè expuitur: ſudor in febribus acutus tritico die ſuperueniẽs. Coctiones namq; omnes criſium celeritatem, ſecuritatemq; ſalubrẽ portendunt. E contra uerò ſigna mortalia ſunt, viriũ ꝓſternatio, pulſus malus debilis inordinatus, & inæqualis mẽtis incõſtãtia, anhelitus difficilis, difficilis tollerãtia, inquie-

quietudo, facies tornatilis, naſus acutus, oculi cõ caui, tempora collapſa, aures pendentes, cutis faciei tenſa, oculi lumen effugientes, lachrymæ inuolũtariæ: colligere paleas, vel feſtucas. ſomnus in ſenibus ſuperfluus: iuuenib. vigiliæ ſuperfluæ: appetentia proſtrata: oculi rubri: venę nigræ, aut obſcurę. color faciei viridis, vel obſcurus: inferius labrum agitatũ: digiti, & vngues obſcuri, vel virides: frigiditas extremorũ: ſudores frigidi: alui excremẽtia nigra, viridia, fętida: vel alba liq.da, vrina nigra, vel liuida, vel aquoſa ĩ pueris, &c. Et vt ex his ordinatũ habeas epilogũ, ſic collige & ꝑ ſigna diſcurras, à capite faciẽs initiũ. Primò itaq; cõſidera diſpoſitionẽ faciei, an. ſ. ſimilis ſit ſano: quomodo circa ſomnum, vigiliam, cogitationem, rationem, & motum ſe habeat. Deſcende deinde ad pectus, conſiderando videlicet anhelitum, & pulſum. Item tangas pectus, num calor ſit acutus, igneus, pugitiuus, vel ſuauis: nũ tuſsiat, vel nõ. Deinde ad ſtomachũ deſcendẽs, de appetitu quæras, an cõſtet necne: num dolorem vel tenſionem, vel tumorem patiatur: num eructuationem acidam, vel fumoſam, vel acetoſam, vel acrem, vel inſipidam, vel puttidam ſentiat. Demum ad hypochondria, ſi in dextro, aut ſiniſtro grauitatem, tẽſionem, duritiẽ, dolorem, uel tumorem ſenſerint. Similiter de ventre, an tumorem circa vmbilicum, an dolorem patiatur.

His

His omnibus ſi adiunges ſigna ab egeſtionibus, & vrina ſumpta, facile tum ſigna ſalutaria, tum mortalia, & per conſequens morbi euentum iudicabis.

## *Quid tempore æger ſanabitur, vel morietur, Cap. 4.*

VTrum æger euadet, néc ne ex præcedentibus duobus capitibus deprehendere licet, nunc etiam, quo tempore euadendũ, vel pereundum homini ſit, edocendum eſt Hoc autem facile dignoſcemus ex morbi, ac naturæ robore. Siquidem eo tempore morietur ęgri, cùm facultatem morbus adeò proſternet, vt functio aliqua ad vitam neceſſaria, pereat. Euadent uerò tunc temporis, cùm morbũ ſemel natura ſuperatura eſt. In propinquo vero morbi ſolutio erit, cum bene ualuerit facultas, ac morbo fuerit validior, iſque imbecillior quòd ſi natura fuerit imbecilla, morbus verò valẽtior, mors maturabit. Vter autem altero ualidior ſit ex coctionib. & cruditatibus excrementorũ percipitur. Quæ quidẽ in venis continentur, per vrinas quæ in toto corpore, per ſudores: quæ in thorace & pulmone, per ſputa: quę in uentriculo, & inteſtinis, per alui excrementa: quæ in veſica, & renibus, per ea, quæ in vrinis deferuntur: quæ in ſtomacho, & ven-

tre ſuperiori, per ea, quę euomuntur; quæ verò per palatum, nares, vel aures excernuntur, animalem facultatem declarabunt. Ita, & de reliquis iudicandum excrementis. Commune namque in omnibus eſt, non prius morbum diſſolui poſſe, niſi coctionis indicium apparuerit. Concoctiones enim omnes criſium celeritatem, ſecuritatemque ſalubrem portendunt. Cruda verò & incocta, & quę in malos conuertuntur abſceſſus, infeſtas iudicationes, vel labores, vel recidiuas, vel mortem ſignificant. Pręfinitum ergo tempus, quo vel pereundum, vel euadendum ſit homini, ex eo intelliges, quanto videlicet alter altero validior ſit: quantum inuicem ſuperant, & ſuperantur concoctionis, & cruditatis ſigna. Hæc igitur vniuerſa in primis etiam morbi diebus, quos primus præfinit quaternarius, pręſertim ſi acutus ſit, ex actè dignoſcenda ſunt, pro notitia temporis, quo potiſſimum ſalus, aut ægri exitium expectetur. Vſus namque prædictionis eſt agnoſcere diem, quo morbus iudicandus eſt. Verùm cùm nec ſcribi, neque ſermone edoceri omnino ſingulorum quantitas poſſit, ex nulla tamen re poſſumus adeò ad exquiſitam eius peruenire notitiam, quantum ex crebra exercitatione circa quantitatis coniecturam. Neque enim bene prænoſcere ualebimus, niſi horum

horum ſingulorum magnitudinem diligenter penſitemus, eiuſdem morbi motu, nunquid videlicet acutè, aut tardè moueatur, non neglecto.

## *De notis quibus modus ſalutis, vel mortis dignoſcatur,* Cap. 5.

MOdus verò conualeſcendi, aut moriendi, ex morbi natura, ſeu ſpecie, ac loco affecto parebit. Sunt namque morborum quidam, quorũ natura eſt ſuffocare, cuiuſmodi ſunt morbi thoracis, pulmonis, aut gutturis, qui vitalem ſuffocant facultatem. Ex cerebri ventriculorum obſtructionibus, ſuffocationes eiuſdem animalis facultatis oriuntur. Sunt etiam morborum nonnulli, quorum natura eſt proſternere, qui ſtatim ipſum cor occupant, quemadmodum longi, & vehementes dolores ſtomachi affectus quidam, aut hepatis morbi diuturni, vitalem facultatem proſternunt, ac hecticę febres omnes, & cordis intemperies magna. Pari ratione de naturali facultate ſentiendum erit, etſi animal omnino perire nequeat, niſi cor afficiatur. Vnde mortem ſemper cordis immodicas intemperantias ſequi neceſſe eſt. Porrò quidem ſubitò

vnà cum turbatione, & agitatione, & quibuſdã excretionibus, vel abſceſſibus moriuntur: nonnulli vero ſubito, ſed ſine excretione, vel decubitu: quidam mortem non ſubeunt, ſed multò deterius euadunt: nonnulli paulatim moriuntur vt in maraſmo fieri contingit. Conualeſcendi verò tres exiſtunt modi: vnus qui fit per criſim perfectam: alter, per imperfectam criſim: tertius per ſolutionem tantùm, & abſq; criſi. Hæc autem omnia ex morbi ſpecie, motu, coctionibus, cruditatibus, & viribus perdiſces.

## *Num criſi, vel abſq; criſi morbus terminaturus ſit,* Cap. 6.

VTrum autem per criſim terminabitur morbus, aut non ex magnitudine & paruitate, diſtinguitur. Siquidem magni omnino per criſim iudicantur: qui autem parui, ſoluuntur ſolùm. Per criſim verò ſubitò ad ſanitatem veniunt, & quidem per manifeſtas excretiones, aut effatu dignus abſceſſus. Per ſolutionem autem paulatim, decreſcente videlice morbo.

## *De præſentis criſis cognitione, & indicijs ipſam antecedentibus,* Cap. 7.

EQuidem præſens criſis ex quinq; potiſſimũ rebus dignoſcitur, coctionibus ſcilicet, indicatoria die prægreſſa morbi ſpecie, & more & excretione, quæ morbi ſpeciei correſpondeat. Primum quidem, & maximum inſtantis bonę criſis indicium ſunt coctiones vrinarum; excrementorum alui, & ſputaminũ. In morbis quidẽ thoracis, atq; pulmonis ſputamina ſunt animaduertenda: non tamen vrinarum contemplatio negligenda, ſed & alui excrementa ſunt inſpicienda. Si uerò tantùm febricitent, ſine alicuius uiſceris paſſione, aut cum inflãmatione hepatis, vel renum, vel ueſicæ, vel ſplenis, maximè vrinis animum adhibere oportet: ſicut, ſi circa ventriculum paſſio ſit, primum excrementis alui: deinde neq; vrinæ ſunt negligendę. Semper enim cùm febris affuerit, vel ex ſola humorum putredine accenſa, vel ex membro inflammationem patiente, præcipuè vrinæ inſpicienda ſunt, atque inde coctiones agnoſcendæ. Secundum autem indicium, quod ab aliqua die indicatoria antea indicetur, cui annexa eſt diei iudicantis potentia. Deinceps autem inſpicere

oportet, & ſpeciem morbi, & morem; ſpeciem quidem ſi tertiam, vel quotidiana, vel febris, ardens, vel pleuritis, vel peripneumonia; morem autem, ſi moderatus, & mitis, vel prauus atque malignus. Deinde ſi formę morbi excretio reſpondeat: vt ſi in febri ardente, vel ſanguis è naribus profluet, vel ſudor multus emanabit, aut per vomitum, aut per aluum biliosa excernentur; in tertiana quidem, ſi vel ſudor multus, vel biliosa per vomitum, vel aluum profluent: in quotidiana verò ſi plurimum pituitę excernetur, & multi in toto corpore ſudores; in quartana, ſi atra ſimul ac varia excernentur; & ſic in cęteris affectibus iudicandum. Porrò huiuſmodi excretiones non medioeris in corpore ægrotantis perturbatio antecedit. Nam & difficiles tollerantię, & vigilię, & deliria, & graues ſomni, & difficiles anhelitus, & vertigines tenebricoſę, & difficiles ſenſus, dolores capitis, colli, & ſtomachi, & multorum aliorum membrorum: nonnullis verò aurium ſonitus, & vani ante oculos apparent ſplendores, & lachrymę inuoluntarię effluunt, & vrina retinetur, & labrum agitatur, obliuio, & pręſentium ignorantia, & vehemens accidit rigor, & plurimum acceſſio conſuetam anticipat horam, & multus æſtus, ſitiſque intollerabilis ſequitur: clamant,

mant, & ſaliunt, ſicuti furentes, neque poſſunt in eodem ſitu recumbere: deinde repentè multus ſudor erumpi, aut vomitus aliquis non paucus inſequitur, aut venter ſubito ſoluitur, aut abundans ſit fluxus ſanguinis, aut hæc omnia ſimul contingunt, vnde non paruus inuadit timor inſpicientes. Ac ſic quidem pręſentem criſim dignoſcere oportet. Et ab horum ſanè ſymptomatum apparitione ſunt qui Criſeos appellationē deducunt, quòd quales in iis qui ad mortem dānantur perturbationum euripi deprehenduntur, tales quoque in ęgris conſpiciantur.

## *De futuræ criſis pręcognitione, Cap. 8.*

QVod ad futuram criſim attinet, eam hoc modo dignoſcere oportet. Morbi natura conſideranda eſt, an ad bilem flauam pertineat, vel atram, aut pituitam, vel miſtas habeat ſignificationes. Poſt hoc autem tempus anni, & laborantis ætas, & complexio, & quæcunque alia eius ordinis ſunt. Poſt hæc autem acceſſionum circuitus ſunt conſiderandi, ſi vel per tertium, vel per quartum, vel per ſingulos dies eueniāt, vel nullo modo eueniāt, ſicuti in Synochis accidere ſolet, Si enim properauerint, ac ſemper

proportionabiliter anticipauerint horam, & multò vehemẽtius infeſtauerint, & per tertium occurſauerint, citò criſim ſubſecuturam denunciant. Si verò lentè moueantur, atque eadem inuaſerint hora & ſingulis diebus fiant, poſt longius tempus criſim futuram denunciant. Prætcrea coctiones inſpicere oportet. Si enim in diebus indicatoribus fiant, indicia ſunt, quod ſequentes iudicatorij dies ægrum morbo liberabunt: veluti ſi ſtatim ab initio omnia ſigna integrè ſecura videantur, in primo quaternario criſim futuram denunciant: ſi autem parum à maximè ſalubrib. diſceſſerint, ſeptimum diem tranſcendere nõ cõtingit. Si verò ſeptima die aliquod coctionis ſignum manifeſtè appareat, & morbus magnus extiterit, & celeriter moueatur, vndecimo potius, quàm decimoquarto, criſis futura eſt. Quòd ſi minor fuerit, neque celeriter motum habeat, decimoquarto magis, quàm vndecimo. Simul verò cum alijs eſt diſtinguendum, & ſi iuuenis fuerit, & natura bilioſus, & tempus æſtiuum, & in loco calido ægrotauerit, & prior victus, & quæcunque præſenti attinent ſtatui, ad calorem declinauerint, omnino vndecimo criſis ſubſequutura eſt, quemadmodum ſi omnia contraria iis, quæ dicta ſunt, affuerint, in quartodecimo. Quòd ſi nonnulla quidem affuerint, nonnulla verò non atque

interim aliquis error inciderit, fieri, non poteſt, vt criſis die vndecima ſubſequatur: ſæpius veró nec die decimoquarto, quando magis fuerit erratum. Sed, ſi nullus error acciderit, miſta verò fuerint accidentia, hic opus erit Medico exercitato, ac perſpicaci, vt ea, quæ vim maiorem habent, ſigna diſtinguat, & illi, quæ ab ipſis oſtenditur, criſi fidem adhibeat certiorem, in hiſce adeò ambiguis præcognitionibus. Quòd ſi autem in ſalubri morbo in primis diebus tardiorem febris motum habeat, neque cum nimis vehementi calore, & adſint cruditatis ſigna, hæc quidem intra quartumdecimum diem non finietur: an verò in illa ipſa die, uel poſtea, ex morbi temporibus, diſtinguendum eſt. Nam principij quidem ſigna, ſi diu permanſerint, diuturnum fore morbũ ſignificant. Augmenti verò ſi in quarta vel ſeptima die apparuerint, ſperandum eſt aliquid in quartodecimo: ſed in vndecimo determinabitur. Nam ſi hæc tria in eodem die coniuncta fuerint, & motus velocitas, & febris magnitudo, coctioniſq; ſignũ manifeſtum, fiet criſis in quartadecima: adhuc autem magis, & anni tempus, & ætas, & ęgrotantis natura, & quæcunque alia his ſunt proportionabilia, ad criſis celeritatem contulerint. Si verò ſolum manifeſtum coctionis ſignum die undecima appareat, neque tamen morbi magnitudo,

tudo, aut motus velocitas feſtinauerint, tunc vltra diem decimumquartum criſis differetur. Sed, ſi quidem anni tempus, & ętas ęgrotantis & quæcunque alia his ſunt proportionabilia, ad frigidius declinauerint, fortè ſperandum eſt morbi ſolutionem in vigeſimo die ſecuturam. Quod ſi miſta quoquo modo ſigna affuerint, & dies decimusquartus coctionem inſigniter auxerit, die decimoſeptimo criſis occurret. Si verò neque die quartodecimo aliquid nouatum fuerit, tunc ad ſeptimumdecimum diem eſt reſpiciendum. Si enim in eo aliquod ſignum apparuerit, id fidiſſimum erit, quamuis valde exiguum fuerit, vigeſimoq; die criſim pręmõſtrabit. Et hoc quidem ſic ſe habere cenſendum, niſi Naturę conatus ab externis quibuſdam vel conſilio vel caſu ſuperuenientibus impediatur.

## *De futuræ criſis per fluxum ſanguinis narium pręcognitione,* Cap. 9.

ERgo ſi acutus & calidus fuerit morbus, neceſſe eſt huiuſmodi criſibus excretionem aliquam ſubſequi. Vtrum verò per ſanguinis fluxum, vel vomitum, vel ſudores, vel per aliquod aliud futura ſit criſis, deinceps dicemus

mus initium à profluuij ſanguinis indiciis, facientes. Itaque propria profluuij ſanguinis è naribus ſigna ſunt ſplendores vani ante oculos, quoniam humor flauus eſt: obtuſiones, quoniam multus & totus ſimul elatus ad ſuperiora ſpiritus meatus obſerat. oculi lachrymoſi ob fluxus multitudinem. Eodem modo rubicundi aliquando videntur, cum malis nonnunquam & naribus. Proprium verò ſignum eſt etiam præcordiorum tenſio ſine dolore; anhelitus difficilis. Sed & dolores capitis extendentes, pulſantesque, & calidi, ſanguinis fluxum proprie ſignificant. Sic etiam viſcerum ſub pręcordiis exiſtentium inflammationes, cauſæ ſunt vnà, ac ſigna ſanguinis fluxuum. Quòd ſi ad latus diuerſum ſanguinem fluere non eſt bonum, ſecundum directum verò eſt bonum, iam tibi facillimum eſt narem, ex qua fluxurus eſt ſanguis, prędicere, vbi cauſam iam fluxuri ſanguinis inueneris. Dextra enim pręcordia, ex dextra nare bonam criſim afferunt, ſiniſtra verò ex ſiniſtra. Pręter hęc omnia, & ętas & tẽpus anni, & regio, & ægrotantis natura, futurum ſanguinis fluxum poſſunt manifeſtare. Porró per ſanguinis narium fluxum iudicantur plerunque febres ardentes, acutæ. Et omnes, quę in pręcordiis fiunt calidę atque acutę inflammationes, fluxu ſanguinis iudicantur.

Soluit

Soluit autem lienis, & hepatis inflammationes ſanguis é naribus profluens, cùm hæc viſcera vna cum acutis febribus habent inflammationes. Contingit autem aliquando, quod etiam per ſanguinem é naribus fluentem phrenitis indicatur, interdum etiam pleuritis, rarius tamen quàm phrenitis profluuio ſanguinis ſoluitur.

## *De indicijs futuræ criſis per vomitum* Cap. 10.

VOmitum autem ſigna ſunt oris ventriculi morſus, ſimul cum dolore capitis, & vertigines obortæ, cum ijs, quæ obiiciuntur oculis, tenebroſis, & cum agitatione labri inferioris, & multo ac tenui ſputo defluente. Hæc verò omnia accidunt, cùm bilioſus, & mordax humor in ventre ac ſtomacho collectus fuerit, & ventriculi os momorderit, & cum ipſo totum ſtomachum intus atque infra diſtraxerit, vnde & labrum in ipſis agitatur, & ſputum tenus defluit, & tenebroſa, quædam oculis obuerſantur, & & hallucinantur, & vertiginem patiuntur, & caput dolent, euaporante re aliqua ex humore bilioſo, & præterea facta ex neruis compaſſione. Item pulſus fiunt inæquales omnino, cum ſtomachus iã grauatur, ac mordetur. Porrò per vomitum magna ex parte iudicantur, febres ar-

dentes

dentes, tertianæ, quotidianæ, quartanæ, ſemitertianæ. Hepatis uerò cauæ quidem partes interdum bilioſis vomitibus finiuntur, &c.

---

## *De ſignis criſim per dilectionem alui futuram, indicantibus, Cap. 11,*

SI verò per excretionẽ alui criſis ſit ſubſequutura, manifeſtum quidem eſt nullum ſignum nec proprium, ſed ex eo, quod adſunt, quidem criſis ſigna, deſunt autem vomituum, vel fluxus, ſanguinis, vel ſudorum, colligere licet. Solent autem per alui deiectionem ſæpiſſimè finiri tertianæ, quartanæ, & quotidianæ. Hepatis verò cauæ quidem partes inflammationem patientes, excrementis alui bilioſis interdum iudicantur.

---

## *De præcognitione criſis per menſtruorum purgationem & hæmorrhoides, Cap. 12.*

POrrò criſim per mulierum menſes, indicabit magna lumborum grauitas, & tenſio, & dolor. Hæmorrhoides verò non omnibus conſuetæ ſunt.

ſunt. Quibus autem ſunt conſuetæ, in his ſolis non facile quis diſtinguet.

## De criſis præcognitione per ſudores, Cap. 13.

QVòd ſi criſim per ſudores fieri contingat, partes corporis erunt calidæ rubræ, vaporoſç: pulſus erit vndoſus & mollis: vrina & alui excrementa pauca: delirium: rigor: ſigna vomitus nulla. Per hunc potiſſimum finiuntur febres omnes, potiſſimum ardentes acutæ, tertianæ, quotidianç, phrenitides, inflammationes calidç & acutç in præcordijs exiſtentes, &c.

## De prçcognitione criſis per abſceſſum Cap 14.

HActenus acutorum & calidorum affectuum criſes enumerauimus, nunc ad diuturnorum ac tardorum accedamus, qui plerunq; per abſceſſus quieſcere conſueuerunt. Horum quidem omnium communia indicia ſunt, ſalutariter ſe habēte ęgro, quòd neq; morbus ſoluatur, neque vrina multa & multam habens ſubſidentiam, ſed cruda & tenuis appareat. Propria verò vbi morbus non fuerit valdè diuturnus, ſi ſubita diffi-

difficultas anhelitus laboranti ſuperueniens, mox quieſcat, eamq́ue grauitas capitis, ac dolor ſubſequatur, & grauis ſomnus, ac ſurditas; huic in glandoſis carnibus poſt aures neceſſe eſt abſceſſus fieri. Si verò morbus iam diu durauerit, neque vllum ex his ſignis affuerit, ſed in aliquo ex locis inferioribus, vel grauitas, vel tenſio, vel inflammatio, vel dolor apparuerit, huic abſceſſus ad partes inferiores eſt expectandus. Solent autem per parotides finiri lethargus frequenter, & capitis affectus omnes; per alios verò abſceſſus diuturnæ febres omnes, &c.

## *De diebus indicatorijs, & decretorijs. Cap. 15.*

CVm ad criſis notitiam iudicatoriorum pariter & indicatoriorum dierum, quorum ſuprà mentionē fecimus, cognitio neceſſaria ſit operæ pretium eſſe videtur, vt de eorum quoque natura diſſeramus. Primum itaque omnium dierum decretoriorum ſeptimum dicimus, non numero videlicet, & ordine, ſed potentia & dignitate: omnes enim ſummatim decretoriorum notas occupat. Etenim plurimos iudicat, & abſolutè, item cum manifeſta excretione, vel abſceſſu, ſine periculo vehementi: & vt plurimum quartus eum prænunciat. Nam ſi vrinæ in illo

illo planè, vel ſputa vel deiectiones fuerint coctæ, appetitusque uel mentis, uel ſenſus, vel alterius cuiuſdam ſimilis bona adfuerit mutatio, in ſeptimo iudicatio bona comitabitur: ſi uerò mala, omnino contraria euenient. Septimi naturam decimusquartus maximè imitatur: hunc indicat vndecimus. Sic decimusſeptimus uigeſimi: uigeſimus quartus vigeſimi ſeptimi: trigeſimus primus trigeſimi quarti: trigeſimus ſeptimus quadrageſimi index eſt, & ſic deinceps vſque ad centeſimum. Cæterum ſunt quoque dies intercidentes, quod ſcilicet inter indices, & decretos dies intercidant: verùm hi minus perfecti ſunt, & in eos non niſi erratis quibuſdam interuenientibus, criſes transferuntur. Multò igitur minorem, quàm priores vim obtinent, neque enim naturæ motu, ſed morbi malitia, aut extraneo aliquo impellente, in his criſis accidit. Sunt autem intercidentes dies, ſextus, octauus, decimustertius, &c. de quibus conſule Galen. lib. primo de dieb. decretorijs.

## *Quid ſit in corpore ægro agendum, Cap. 16.*

PArte affecta, ipſoque affectu, & cauſa inuentis, ſelectoq; ex eorũ notitia prognoſtico reliquum

reliquum erit, ſi curari affectus ualeat, ad agendi modum accedere, atque indicare Quid fieri debeat. Ergo generalis circa corpus ægrum operandi ratio ex natura corporis affecti ꝓcedit Aeger namque ſano contrarius eſt, ut immoderatũ moderato, & ꝑternaturale naturali. Moderatum in medio conſiſtit: immoderatum verò tum in exceſſu, tum in defectu ad latera abſcedit. Moderatum quidem ſuo ſimili conſeruat̃: immoderatum ſuo diſſimili curatur. Vt ergo corpus ægrum ad ſanitatem reducatur, contrario ęgritudinis opus erit, iuxta communiſſimum Hypocratis axioma: quod omnium videlicet, quæ prętenaturam ſunt, ab ijs, quę ipſis ſunt contraria, curentur. Verùm cùm tria in corpore noſtro præternaturam ſint, Morbus, Cauſa, & Symptoma, quid in ſingulis, tum etiam complicatis agendum ſit, deinceps dicere aggrediar, exordio à morbo ſumpto.

## *Quid ſit agendum, ſi vnicus fuerit affectus, ſeu morbus Cap. 17.*

QVòd ſi morbus cauſam, quæ ipſum fouere poteſt, nõ amplius habeat, ſed ęger deſierit, & ſolus morbus remanſerit, huic ſoli in-

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA GRANADA

cumbendum erit. Quid autem faciendum ſit, indicat ipſe morbus, ſui videlicet curationem per cõtraria. Quare quot ſunt morborũ differentię, totidem quoque erunt curationes particulares. Sunt autem morbi vel ſimilares, vel inſtrumentales, uel ſimilares & inſtrumentales ſimul. Similares verò morbi in intemperie uel ſimplici, vel compoſita conſiſtunt. Sic in morbo calido, frigefaciendum eſt: in frigido, calefaciendum; in ſicco, humectandum in humido vero, ſiccandũ. Ad eundem modum in compoſitis uidelicet calido & humido frigefaciendum & ſiccandum; in frigido & humido, calefaciendum & ſiccandum: in calido & ſicco, frigefaciendum & humectandũ, in frigido & ſicco calefaciendũ & humectandum eſt. Quod ad inſtrumentarios morbos attinet, contrarijs quoque curandi ſunt. Quod namq; in figura præternaturã curuum eſt, in cõtrarium impellendum, quod verò rectum, reflectendum erit. Simili quoq; modo in cauitate ꝓcedendum eſt. Ea namq; obſtructa, aperiendæ: plena, vacuanda: inanis replenda dilatata conſtringenda: compreſſa dilatanda. In ſitu prætetea, quod in anteriorem partẽ prominet, retrorſum pellendum: idem de reliquis oppoſitionibus in ſitu iudicandum. Iam quoq; in ſuperficie, partes quidem aſperæ leuigandæ: leues verò exaſperandæ. Ad eundem modum pars aliqua pręternaturam

naturam nimium aucta, imminuenda: imminuta verò augenda. Sic quoque numerus ſuperabundans, auferẽdus: deficiens uerò adijciendus. Porrò vnio ſoluta reficienda eſt: reficitur autem per unionem. Hæc quidem in uno præternaturam affectu, videlicet morbo, facienda ſunt.

## *Quid ſit agendum in pluribus affectibus, ſiue morbi, ſiue ſymptomata fuerint*
## *Cap. 18.*

AT ſi non unus tantùm fuerit præternaturã affectus, ſed duo, vel plures, primũ uidere licebit, à quo maximè diſcrimen ægro impẽdere videatur. Siquidem affectus, à quo primum maximeque impẽdet homini periculũ, hic primus curari debet. Ad id uerò quod magis vrget, dirigi primũ curãtis cõſiliũ debet, nõ tamẽ alterius cura oĩno poſthabita: cum etiam aliqñ omnibus pari ſtudio auxiliemur, ſi æqualiter vrgeant. Vrgebit autem maximè affectus, vbi ipſe magnus fuerit, aut malignus, aut pars, quę afficitur nobilis ſeu princeps. Hac igitur via curari debẽt cõplicati affectus, ubi alter magis vrgeat. At ſi ita ſe habeãt, ut unus ſanari nequeat, niſi prius alter curetur, ad id, quod ordo dictat, eſt reſpiciendũ,

eo ſcilicet prius curato, quo non curāto, reliquus affectus curari non ualet, veluti ſi vlcus vna cum phlegmone conſiſtat: quamuis phlegmone ad vlcus conſequatur, curari tamen non valet vlcus, niſi prius phlegmone curetur.

## *Quid ſit agendum, ſi fuerit morbus cum ſymptomate, Cap. 19.*

AT ſi vnus affectus cauſæ rōnem obtineat, alter uerò effectus, animaduertendū erit, quiſnam eorum augere, aut gignere reliquum poſſit quiue rurſus gignatur, uel incrementum ab eo ſuſcipiat. illud pro comperto habens, non poſſe ad perfectionem vllum affectū ſanari, manente adhuc ipſa, vnde natus eſt, cauſa. Quanquam fieri aliquando poteſt, vt tamen ſit eius, qui ſe habet vt effectus magnitudo, vt pſentem pniciem, niſi occurras, afferat: quo caſu oportebit huic primò occurrere, deinde ad cauſam redire, licet non amplius complicati, tunc affectus à Medico, vt cauſſa, & effectus conſiderent̄, ſed vt vnus magis vrgeat, quàm alter. Qua ratione interim fit, vt quamuis ſymptoma nullum ſeorsū curationem exigat, ex accidente tamē ſymptomata, quędam interdum curationem immutit, cauſę ſcilicet locum eo tempore habentia quādo adeò

do adeò aucta ſunt, ut lędant, aut uirtutem, aut affectionem. Quo fit, ut curandi ratione mutata, ſymptomata primùm ſummouere cogamur. Quod iterum non vt ſymptoma, ſed tanquam magis vrgens affectus à Medico conſideratur. Quare cùm non adeò vrgent ſymptomata à morbo ipſo, à quo dicta ſymptomata gignuntur, & incrementum ſuſcipiunt, prima ſumenda erit indicatio, ac is primò curandus, demum ad ſymptomata accedendum erit.

## *Quid ſit agendum, ſi fuerit morbus cum ſua cauſa, Cap.* 20.

VBi verò qui generata affectum, morbi cauſa fuerit, ipſa cauſa ſpectãda erit. Prima nãq; indicatio ab ipſa ſumitur cauſa, quoniã hæc primò ſumenda erit. Fieri enim nequit, vt morbus curetur, niſi prius cauſa, quæ ipſum fouet remoueatur. Quare prius antequam morbum aggrediaris, cauſa remouenda erit, alioqui morbꝰ ſubinde recrudeſcet. Interim tamẽ nec eius morbi qui ꝑ eam genitus eſt, ratio non habenda erit. Quinimò ſi in idem conſentiant, & quę morbũ curant, & quę cauſam oppugnant, ſine cunctatione id ꝑagendum erit. Animaduertendum tamen in huiuſmodi implexibus, quod interdum

à cauſa quapiam oritur affectus, ſed ita oritur, vt ſeparata cauſa, haudquaquã affectus ipſe permanentẽ habeat diſpoſitionẽ. Nonnunquam autem partim iam factus eſt, partim etiamdũ fit, ſæpenumero, quãquam fieri deſinat ablata cauſa, perſeuerans tamen manet diſpoſitio. Proinde ſi talis naturæ erit, qui à quapiam cauſa affectus oritur, ut ea ſublata permanere nõ ualeat, ſummouenda tunc tantùm cauſa erit, nulla demum ipſius affectus habita ratione, cùm propter eorum exiguitatẽ, ſeparata cauſa, illico tales affectus finiantur, natura uidelicet ipſos ſanante, nullo adhibito medicamento. Verũ ſi non adeò exiguus ſit affectus, ſed pars eius iam genita ſit, pars ingignendo, & etiam dum fiat, vtriq; conſulendum erit. Primúm quidem ſummouẽdo, quæ ipſum efficit, cauſam: deinde quòd factũ iam eſt ipſius auferendo, vtpote natura propter eius magnitudinem abſq; medicamento externo ipſum uincere non potente. Quod ſi in idem conſentiant, & quæ cauſam reſcindunt auxilia, & quæ affectum oppugnant, ſine cunctatione id peragẽdum erit: Quamquam prima indicatio ꝑpetuo ab ipſa ſumitur cauſa, eaq; nimirũ prima ſananda erit. Etenim dũ ipſa lædit, curãdi morbi rationẽ interpellat. Interim tamen nec ipſius morbi, ut diximus, ratio nõ habẽda erit, quinimò ſemper quoad fieri poſſit, medicamentorum materia eligenda eſt,

da eſt, quæ cum hoc, quòd cauſam reſcindant, affectum ſaltem non augeant. Si ex iiſdem amborum ſublatio prouenire non poterit, neceſſe eſt, vt unamquamq; prius, quæ efficit, cauſam reſcindamus, deinde ita ad illã, quę ab eadem cauſa facta eſt, ægritudinem accedamus. Vt uerò ipſius efficientis cauſæ congrua fiat abſciſſio, prius alterãda ſeu cõcoquenda erit, præſertim ſi adhuc fuerit cruda: deinde euacuanda. Concoquitur autem, quod craſſum eſt, attenuando: quod tenax, ac viſcoſum, abſtergendo, quod obſtructum, apeꝛiendo, quod mordax diluendo: quod putridum, exiccando, &c. Interim autem ſtatim circa initia euacuamus, præſertim ſi materia turgeat. Quantitas verò quæ auferri debet tum ex eiuſdem cauſę quantitate menſuratur, tũ ex uirium robore, vel imbecillitate. Naturæ aũt robur ex ipſo præſertim pulſu dignoſcimus. Si uerò admodũ uires fuerint imbecilles, vt cauſę ablationẽ prohibeant, ipſæ prius reficiendę ſunt, cauſæ ac morbi indicatione poſt habita, ac demũ ad cauſam, ipsũq; morbũ redeundũ erit. Porrò ſi morbi cauſa vehemẽter moueatur, & ad partẽ affectã impetu quodã fluat, tunc vel ad appoſitam partẽ reuellẽda, uel ad uicinas partes deriuãda erit. Quòd ſi partim fluat, ac partim influxerit, tũc partim ꝙ influxit, euacuandũ: partim ꝙ fluit adhuc reuellendũ vel deriuãdũ eſt.

## *Quid ſit agendum, ſi morbus & morbi cauſa, & ſymptoma fuerint complicata,*

## *Cap.* 21.

TRia in corpore noſtro præternaturam ſunt, Morbus, Cauſa, & Symptoma: & morbus, quidem ſui curationem, cauſa ſui ablationem: ſymptoma correctionem poſtulat. Cauſa ea eſt, quæ morbum ipſum fouet. Quare primò & ante morbum remouenda eſt. Morbus verò, ille eſt, qui primò & per ſe actionem lædit: quare illi poſt cauſæ obſciſſionem incumbendum. Symptomata morbos ſequi ſolent: ideo poſt morborum extirpationem corrigenda ſunt. Quid autem in quolibet affectu ſit faciendum, ſuperius dictum eſt.

## *De alijs indicationibus, quæ indicationes in propriæ dicuntur,*

## *Cap.* 22.

POrrò ſunt & aliæ indicatione (quas improprias appellãt, propterea quòd proprias indicationes, indefinitas alioqui, definiunt, & circumſcribunt) minimè negligendæ; cuiuſmodi ſunt,

ſunt, virtus, temperatura, corporis habitus, ętas, tempus anni, aeris conſtitutio, regio, conſuetudo, & vitæ induſtria. Oſtendi hoc poteſt in euacuatione. Siquidem virtus quantitatem actionis præſcribit: imbecillis enim minimâ euacuationem tollerat. Sic temperatura calida & humida euacuationem facilius ferre, quàm reliqua compoſita temperamenta. Habitus corporis gracilis pharmacum vehemens difficulter fert: rarus vi pharmaci omnino diſſoluitur. Aetas puerilis, & ſenilis, neq; ſanguinis miſſionem, neq; purgationis tollerant. Tempus anni calidius, aut frigidius euacuationem impedit. Regio frigida & ſicca ad purgationes ineptiores reddit. Aeris cōſtitutio auſtralis corpora humectat, & conſpirabilia efficit. Conſuetudo indicat à quibus magis uel minus lædit conſueuerit. Nam conſueta naturæ ſunt acceptiora. Vitæ induſtria in fabris, & balneatoribus minus tutam euacuationem fore monet, quando quidem hęc corpora per ſudores ſubinde expurgantur. Sed pro indicationum cognitione hæc nobis ſufficiant, ad tertium accedamus librum.

# PRACT. GENERALIS LIBER III.

## ARGVMENTVM.

Quomodo, & quibus inſtrumentis agendum ſit, docet: item precæpta devictus ratione inſtituenda, ſecundum qualitatem, quantitatem, locum, tempus, & ordinem.

Eius cap. hęc sũt.

*Quomodo, & quibus inſtrumentis agendum*, *Cap.* 1.
*De diæta*, *Cap.* 2.
*Die aere*, *Cap.* 3.
*De ciborum qualitate* *Cap.* 4.

*De cibis temperatis,* Cap. 5
*De cibis calidis,* Cap: 6.
*De cibis frigidis,* Cap. 7.
*De cibis humidis,* Cap. 8.
*De cibis ſiccantibus* Cap. 9.
*De cibis boni ſucci* Cap. 10.
*De cibi mali ſucci,* Cap 11.
*De cibis lenibus, & acribus,* Cap. 12
*De cibis craſſis & ſubtilibus,* Cap. 13
*De cibis medis inter tenuautia, & incraſſantia,* Cap. 14.
*De cibis ſtomacho idoneis,* Cap. 15.
*De cibis ſtomacho alienis,* Cap. 16.
*De cibis capiti nocentibus,* Cap. 17.
*De cibis inflatinis ,& flatus ſoluentibus,* Cap, 18.
*De cibis facilis,& difficilis coruptionis,* Cap, 19.

*De cibariјs velocis cōcoctionis* Cap. 20
*De cibariјs tarde digeſtionis,* Cap. 21
*De cibariјs multorū ſuperfluitatū, et nō habētibus ſuperfluitates* C. 22.
*De cibis multi nutrimenti,* Cap. 23.
*De cibis pauci nutrimenti* Cap. 24
*De cibis laxantibus,* Cap. 25.
*De cibis aſtringentibus,* Cap. 26.
*De cibis vrinam mouētibus,* Cap. 27.
*De ciborum quantitate* Cap. 28.
*De ciborum ordine,* Cap. 29.
*De ciborum tempore,* Cap. 30.
*De motu & quiete,* Cap. 31.
*De ſomno & vigilia,* Cap. 32.
*De abondantia, & inanitione, ſeu euacuatione.* Cap. 33.
*De venæ ſectione,* Cap. 34.
*De ſcarificatione.* Cap. 35.

*De purgatione*, Cap. 36.
*De ſudore*, Cap. 37.
*De balneis*, Cap. 38.
*De animi affectibus*, Cap. 39.

---

## *Quando, & quibus inſtrumentis ſit agendum,* Cap. I.

QVa aurē via, ac ratione ualeat Medicus affectam partem omnem, ac quemuis præternaturam affectum, eiuſq; cauſam dignoſcere, ac demum affectum ipſum, ſi quidem is curari poſſit, propugnare, duobus præcedentibus libris oſtendimus, nunc tempeſtiuum eſſe uidetur, ut, quomodo, & quibus inſtrumentis ſit agendum, doceamus. Itaq; tria in vniuerſum inſtrumenta ſunt, quibus Medicus in profligandis vtitur morbis: Diæta ſcilicet, Pharmacia, & Chyrurgia. Vtrum vnico ſaltem, uel pluribus, vel omnibus ſimul vti debeat Medicus, indicabit inorbi qualitas, cauſarum varietas, corporis ſitus, & locus affectus. Morbi quidem qualitas, vt intemperies totius corporis aliqua, cōmodè tum Diæta, tum Pharmacia curabitur: ſitus, & figura vitiata, & numerus ſuperabundans, ſola Chyrurgia curabuntur: ſic quoq; meatuum obſtructiones, compreſſiones, & dilatationes, Diæta, & medicamentis: plenitudo verò, tum medicamentis tū phlebotomia: inanitas ſola diæta: magnitudo aucta.

aucta, pharmacia, & chyrurgia: unitas ſoluta, chirurgia ſola curatur. Eadē quoq; ratione cauſarū varietas, quo nimirū inſtrumento vtendum ſit, indicat. Siquidem humorum qualitas, ſui ablationem indicat, tum per commodā victus rationē tū per medicamenta cōtraria: quantitas verò vitioſorū humorū, ſolis pharmacis purgantibus euacuari poteſt. Sic quoq; ſanguis abundans, ſola chyrurgia, phlebotomia ſcilicet, vel ſcarificatione, vel ſanguiſugis: pituita, bilis melancolia, ſolis purgātib. Eadem ratione partes corporis ſuperficiariç, ſolis medicamētis ſanari probè poſſunt. Quod ad locum affectū attinet, is pariter inſtrumentorū uarietatē demonſtrare poterit. Nā totius corporis conſtipatio per frictiones, per balnea, per ſudores curatur: euacuatio uerò totius, per phlebotomiam, per frictiones, per exercitia, per balneum, per pharmaca, per inediam commodè perficitur. Hepar euacuabitur ſanguinis miſſione, diureticis, aluū ducentibus, aperietur verò cibo, & medicamentis per os ſumptis, atq; exterius applicatis. Ad eundem modum ex reliquis partibus affectis inſtrumentorum diuerſitas inueſtiganda erit. Verùm cum inſtrumentorum cognitio Medico quoque neceſſaria ſit, nūc ordine de eis agenuum uidetur, ac præſenti quidem libro, de Diæta: de pharmacia: vero, & Chyrurgia ſequentibus.

De

## De Diæta. Cap. 2.

IS curationis ductis contextuſque, qui ꝑ conſuetam materiam efficitur. Diæta, id eſt victus ratio nuncupatur, qua tanquam inſtrumento Medicus vtitur: debita qualitate, & quantitate obſeruata: ſub quibus etiam tempus comprehenditur. Siquidem pro temporis varietate, in quo corpus hac, vel illa affectione ꝑditum eſt, etiam diætæ ipſius quantitas, & qualitas immutanda erit. Additur & ordo. Verùm cùm Diæta ſex rebus, quas Medici res non naturales uocāt, ꝑficiatur: videlicet aere, cibo, & potu: motu, & quiete: ſomno, & vigilia abundantia, & inanitione: & animi affectibus, de his nunc ordine agemus, principium ab aere ſumentes.

## De Aere, Cap. 3.

AEr medico maximè cōſiderandus uenit, ut pote ſine quo nec morbus tolli, nec tueri ſanitas poſsit. Quare diligenter ꝑquirendum erit quæ qualitas in eo dominetur. Siquidem tēperatis hominibus tēperatus aer ſaluberrimus eſt: intemperatis uerò & ægris contrarius optimus erit: calidis quidem frigidus: frigidis, calidus: humidis, ſiccus ſiccis, humidus, calidis, & humidis, frigidus & ſiccus: calidis & ſiccis, frigidus

& humidus: frigidis & ſiccis, calidus & humidus: frigidis, & humidis, calidus & ſiccus. Quòd ſi per ſe talis non fuerit, arte præparandus erit. Itaque ſi calidus & ſiccus fuerit morbus, cubiculum frigidiorem & humidiorẽ parabimus, ex myrthis, roſis, pomis, citriis, ſalice, vitis foliis: atq; lactucę, aliiſq; floribus frigidis, & fructibus, aquaque fontana, aut roſacea ex aceto, pauimenta eorum aſſiduè aſpergentes. E diuerſo ſi frigidus & humidus fuerit morbus, cubicula præparabimus ex calefacientibus, & ſiccantibus videlicet igne ex iunipero, populo, ſalice, cupreſſo, thure, ligno aloes, oleis, roſmarino, &c. ita tamen nè ignis plurimus ſit, nec faciem verſus, ſed dorſo magis inſiſtens, ne vires ægrotantium imminuat, viſuiq́ue obſit. Porrò obſeruandum quoque venit, quod temporibus frigidis, calido, aut igne: calidis, frigido: humidis ſicco: & ſiccis humido aere maximè vti conueniat. In diuturnis etiam morbis nonnunquam ſolum mutare prodeſt. Aeris enim & loci mutatione ſępe ſanitas amiſſa recuperatur. Cęterùm ſeptẽtrionalis ventus omnium optimus, & ſaluberrimus habetur. Proximum locum ſibi vendicat orientalis, & quicunque ventus aerem modicè infrigidat, ſiccat & ſerenat. Quare habitationes orientem uerſus & ſeptentrionem, meliores & ſalubriores habentur.

## De ciborum qualitate, Cap. 4.

EQuidem ſani ad vitæ ſaltem cuſtodiam alimento opus habere videntur: ægri uerò non ſolùm ad virtutis conſeruationem, verum etiam ad morbi oppugnationem cibo & potu maximè indigent. Proinde ægrorum cibus, vt vim etiam medicamentoſam obtineat, neceſſe eſt, qui ægrotantium corpora maximè alterare poſſit. Quare non ſolùm ciborum qualitas, ſed etiam quantitas, tempus, & ordo, Medico ſummoperè conſideranda ſunt. Verùm de quantitate, tempore, & ordine deinceps, nunc de ciborum qualitate diſſerendum videtur. Ciborum itaque qualitas ex ipſius morbi, eiuſque cauſæ notitia præſtatur. Etenim vniuerſus victus tum morbo, tum cauſæ contrarius eſſe debet. Morbus enim calidus, victum expoſcit frigidum: frigidus, calidum: humidus ſiccum: ſiccus, humidū: calidus & humidus, frigidum & ſiccū: frigidus & humidus, calidum & ſiccum: calidus & ſiccus, frigidum & humidum? frigidus & ſiccus, calidum & humidum victum exigit. Ad eundem modum obſtructio aperientibus cibis curatur: viarum plenitudo euacuantibus, ſeu laxantibus & emollientibus: dilatatio vero conſtringentibus. Eadem quoque ratione humor craſſus, cibis attenuātibus: tenuis in craſſantibus lentus incidentibus: viſcoſus, detergentibus corrigi-

corrigitur, & emendatur. Porrò ſanguis per victũ refrigerantem & exiccantem commodè contemperatur: pituita verò per excalfacientem & extenuantem: bilis per refrigerantem & humectantẽ: melancholia, per excalfacientem & humectantẽ non ineptè preparari poterit. Verùm vt Medicinę ſtudioſi in medendo vberiorem in promptu habeant materiam omnis generis ciborum qualitates deſcribendas fore putaui.

## *De cibis temperatis, Cap. 5.*

CIbi temperati nulla vincente qualitate ſunt prędit, ij ſolùm ſunt alimenta, non etiam medicamenta, ventrem neq; ſoluunt, nec cohibent: ſtomacho neq; robur, nec imbecillitatem inducunt, ſicuti ſudores vrinamue, nec prouocant, nec coercent: nec aliam quamuis diſpoſitionem calidam, frigidam, humidam, aut ſiccam in animantis corpore ingenerant, ſed quale animantis quod nutritur, corpus aſſumpſerant, tale prorſus conſeruant: cuiuſmodi ſunt triticum, caro agnina annualis, hœdina, vitulina, caro gallinæ iuuenis, ius perdicum, phaſiani, alauda, lingua, oua mollia, & ſorbilia, poma dulcia, ſaccharum, &c.

## *De cibis calidis,* *Cap.6.*

CIbaria calida ſunt, quæcunq; ſunt dulcia, vel acria, uel ſalſa, vel nitroſa, vel amara, &c. Eiuſmodi eſt panis triticeus, caro agnina annualis, cicera, poma dulcie, dactyli, vua dulcis, paſſulę, apium, eruca, naſturtium, rapa, raphanus, allium, ſinapi, cępa, porrum, paſtinaca, caſeus antiquus, vinum dulce antiquum, ſuluum, rubeum. Calida verò & humida ſunt, caro ouilla, hœdina anatis, anſeris, pullorum, perdicis, columbarum iuuenum, coturnicum, ſanguis, hepar, teſticuli; pinguedo, adeps, vitellus oui, butyrum, rapa, napus, paſtinaca, eruca, cicer, amygdalæ dulces, piſtacia, dactyli, ficus recens, mulſa, vua dulcis, zizipha, ſaccharum, &c. Calida & ſicca ſunt, caro porcina ſylueſtris, vaccina, caprina, leporina, anſerina, turdorum, merularum, paſſerum: piſces ſaliti, caſeus antiquus, beta, fœniculum, ruta, maiorana, roſmarinus, petroſelinum, ſaluia, allium, cæpa, porrum, raphanus, oryza, capparis, amygdalę amaræ, auellanę, caricæ, piſneę, mel, ſapa, ſal, aniſum, cinamomum, zingiber, crocus, caryophylli, galanga, nux moſchata, piper, vinum dulce, rubeum. &c.

De ci-

## De cibis frigidis, Cap. 7

CIbi refrigerãtes ſunt: quicũq; sũt inſipidi, vel acidi uel auſteri uel acerbi: cuiuſmodi sũt hordeum milium panicum cucurbita pepo melopepo cucumis pruna ficus perſica ceraſa mora pyra mala auſtera &c. Refrigerant autem & humectant: caro elixa, caro porcina cerebrum pulmo, album oui lac piſces recentes lactuca endiuia portulaca ſpinachia atriplex cucurbita anguria faba recens fungi melopepones ceraſa fructus recentes: oleum immaturum: perſica pyra pruna poma inſipida una acerba: uinum aquoſum &c. Porro frigidi ac ſicci ſunt: caro bubula: caro gruis aures cutis guttur cor ſtomachus inteſtina matrix acetoſa braſſica cichorium faba ſicca lenticula milium panicum oryza hordeum zea far hordei, far ſpeltę citonium: mala citria limonia punica meſpila oliua immatura: mala acetoſa: acetum agreſta coriandrum &c.

## De cibis humidis, Cap. 8.

CIbaria humida ſunt: omnia liquida iurulenta inſipida aquoſa pinguia mollia & elixa: cuiuſmodi ſunt: hordeum ptiſana hodeacea iuſcula carnium: caro ouilla hœdina ranarum piſces pinguedo adeps: oua ſorbilia, anguria cucurbi-

ta, citrulli, cucumeres, melopepones, nuces virides, vua dulcis, ficus, pruna, mora, malua, lactuca, atriplex, blitum, ſpinachia, ſebræ recentes, phaſeoli recentes, &c.

## *De cibis ſiccis,* *Cap. 9.*

POrrò cibaria ſicca ſunt omnia ſalſa, acetoſa, nitroſa, amata, omnia aſſa: omne, in quo ponitur plurimũ vini, aut ſalis: omnis caro animalium vetuſtorum: cuiuſmodi eſt caro omnis ſalita, leporina, hircina, caprina, aſſata, piſces ſale conditi, lentes, caules, polenta, ſinapi, acetum, muria, caſeus vetus, ſalitus, vinum vetus, &c.

## *De cibis bonis.* *Cap. 10.*

BOni ſucci cibi ſunt, qui bonum ſanguinem procreare poſſunt: eiuſmodi eſt, oryza, alica, triticum, ſigillo, ptiſana, amylum, &c. Caro pullorum, caponum, gallinarum, perdicum, phaſianorum, coturnicum, hœdina, vitulina, veruecina, capreolorum: aues paruæ: iecur omne: oua ſorbilia: caſeus mollis. Ex piſcibus ſunt medij inter teneros, duroſq; cuiuſmodi eſt mullus, perca, lupus, aurata, paſſeres, cochleæ, oſtreæ, cancri, &c. Ex oleribus autem, lactuca, lupulus, malua, vrtica, portulaca, &c. Ex fructibus cucurbitæ, oliuæ po-

uæ, poma, neque acerba, neque acida, mala citria, uinum dulce, uel leue, &c.

## *De cibis mali ſucci,* Cap. II.

CIbi mali ſucci ſunt, qui uitioſum ſanguinem generare conſueuerũt: cuiuſmodi ſunt, milium, panicũ, legumina ferè omnia: caro domeſtica permacra, ſalſa, antiqua: item caprina, ceruina, anſerina, aſſatum: lienes, renes, inteſtina, omne ſalſamentum, garum, caſeus uetus, &c. Ex piſcibus, ſtagnatiles, lacuſtres: ut anguillæ, tineæ carpiones. &c. Ex oleribus, braſſica, aſparagus, beta, porrum, eruca, naſturtium, thymum, nepeta, latureia, hyſſopum, ruta, anethum, fœniculum, cuminum, aniſum, lapathum, ſinapi, allium, cæpa. Ex radicibus, radicula, rapa, napi, bulbi. Ex fructibus, cucumis, poma acida & acerba: acetum, omnia acria, & acerba: oleum. &c.

## *De cibis lenibus, & acribus,* Cap. 12.

POrrò cibi lenes ſunt perhumidi, lenti, glutinoſi, & pingues: cuiuſmodi ſunt ſorbitiones, pulticulæ, laganum, amylum, ptiſana, caro pinguis, & quæcunque glutinoſa eſt. Quod ferè quidem in omni, quę domeſtica ſit, præcipuè tamen in vngulis, trunculiſque ſuum

in petiolis, capitulisq; hœdorum & vitulorum, & agnorum : omnibusq; cerebellis. Item ſi qui proprie bulbi nominẽtur: lac defrutũ paſſum nu clei pinei malua atriplex blitum cucurbita mora ceraſa dulcia pepones melopepones vinum dulce &c. Acria uerò ſunt omnia nimis auſtera, omnia acida: omnia ſalſa Item allium cæpa ruta eru ca naſturtium beta braſſica radicula ſinapi, &c.

## *De cibis craſsis, & ſubtilibus, Cap.* 13.

CIbaria craſſi ſucci ſunt, quibus cum viſciditate una ſuccorũ bonitas & craſſities ineſt: ſuntq; omnia ferè glutinoſa, quæcũm ualentiſſimè alant: tum bonum procreare ſanguinem conſueuerint: ſi quidẽ ea uentriculus, ac iecur probè cõficiat: cuiuſmodi eſt panis ſine fermento, & ſale caſeus omnis lac placentę lagana cochleæ, oua dura cocta & frixa : loligines ſepiæ polypodes piſces cetacei oſtrea buccina purpuræ hiatulæ lopades pectines: item braſſica lentes fungi tubera amylum iecur renes teſtes glandulæ cerebra caro ſuilla agnina : alica oryza ptiſana bulbi glandes palmulæ &c. Hæc inquam omnia craſſiorem faciunt pituitam. Extenuãt autẽ eandẽ omnia ſalſa, atq; acria & acida. Horũ nãq; of ficiũ eſt anguſtiores uias expedire, tũ abſtergere, ſiquid

ſi quid ex humorib. glutinoſi vaſis adhęſerit, humorumque craſſitiē incidere, & extenuare. Eiuſmodi ſunt, cæpa porrum raphanus paſtinaca ſinapi naſturtium allium eruca fœniculum origanum anethum amygdalæ mel piſces ſalſi muria acetum vinum punicorum citrorum ſuccus &c.

## *De cibis medÿs inter attenuantia & incraßantia, Cap. 14.*

CIbaria inter attenuantia & incraſſantia media ſunt, quæ in exceſſuum meditullio, & attemperātia quadam locantur: cuiuſmodi ſunt caro hœdina gallinarū gallorū gallinaceorū, tum phaſianorū auium perdicum columbarum attagenū turturum turdorū merularum & paſſerculorū omniū: oua in aqua proiecta, hepata pullorum & anſerū: piſces omnes nō durę carnis, nec multū viſcidæ, in aquis fluuiorum mundis nutriti: vuæ maturę caricæ endiuia lactuca aſparagus uinum clarum non nimium vetus. &c.

## *De cibis ſtomacho idoneis, Cap. 15*

STomacho aptiſſima ſunt, quæcunque auſtera ſunt & acida: modiceq; ſalita. Item panis ſine fermento, alica elota, uel oryza vel ptiſana oēs aues, omnis caro ſylueſtris uel aſſa, vel elixa: caro bubula, macra potius quàm pinguis. Ex ſue,

vngulæ, roſtra, aures, &c. Ex oleribus, endiuia, lactuca, paſtinaca, ſiſer, cucurbita, abſynthium. Ex fructibus, ceraſa, ſorbum, morum, pyra, mala cotonea, punica, palmulæ, nuclei pini, oliuæ. Ex piſcibus, duri, ut oſtreę, pectines, murices, purpurę, cochleæ, vinum auſterum, &c.

## *De cibis ſtomacho alienis,* Cap. 16.

ALieni cibi ſtomacho ſunt; omnia tepida, oĩa pinguia, omnia iurulenta, prędulcia, panis hordeaceus, miliaceus, oleum, defrutũ, paſſum, lac, mel multũ, omnis caſeus, vua recens, ficus & viridis; & arida, fœnum græcum, legumina oĩa, quęcunque inflare conſueuerunt, beta, blitum, atriplex, thymum, ſatureia, nepeta, hyſſopum, naſturtium, lapatum, lapſana, iuglandes, ſeſamum, batheca, cerebrum omne, medulla oſſium, uinum nouum craſſum, nigrum, ponticum, ſeu auſterum, &c.

## *De cibis capiti nocentibus,* Cap. 17.

CApiti nocent lac, dactyli, vua in uinaceis conſeruata, fœnum græcum, ruta, ſinapi, raphanus, naſturtium, uinum antiquum, pręſertim raſpatitium, &c.

De ci-

## *De cibis inflatiuis, & flatus ſoluentibus;* Cap. 18.

INflant, fabæ, cicera, phaſeoli non bene cocti, lentes, hordeũ non bene coctum, maza, ficus humidæ, lac, vuę, nuces omnes, palmulæ, rapa cruda milium, vinum dulce, paſſum, mel crudum, allium, cœpa braſſica, omnes radices, excepto ſiſere & paſtinaca, bulbi omniſq; caſeus. Minimè verò inflant, omnis venatio, piſces, poma, oua ſorbilia, vel mollia, conchylia omnia, fœniculũ, anethũ, vinum vetus, aniſum, cinnamomũ, ruta &c.

---

## *De cibis facilis, & difficilis corruptionis,* Cap. 19.

QVæcũq; cibaria facilè concoquuntur, facilè item alterantur, & corrumpuntur. Facilè autem corrumpuntur panis fermentatus, & quiſquis alius, quam ex tritico eſt, chryſomela, pepones, perſica, mora, pruna, prȩcocia, fructus omnes æſtiui, lac, lactoria omnia, piſces teneri, olera, caſeus, caro tenera, vinum dulce, defrutũ, paſſum, &c. At minimè intus uicientur panis ſine fermento, aues, & eæ potius duriores, aurati piſces: ſcarus lolligo, locuſta, polypus. Item bubula omniſque dura caro, & macra, & ſalſa; cochleȩ, purpurȩ, murices, uinum auſterum, &c.

## De cibarijs velocis coctionib. Cap. 20

COncoctu facilia ſunt, quę facilè alterantur: cuiuſmodi ſunt panis optimè præparatus: caro gallinarum perdicum phaſianorũ, attagenum coturnicũ turdorũ merularum columbarũ: hepata pullorum anſerum gallorum teſtes bulbi bis elixi, pullorum anſerum & auium pinguium: caro auium montanarum vitulina hœdina agnina oua mollia vinum dulce &c.

## De cibarijs tardæ digeſtionis, Cap. 21.

DIfficulter concoquuntur, quæ non facilè alterantur: vt caro bubula hircina ceruina caprina pecudum pauonum anſerum turturum palumborum perfectorum animalium: animalium teſta obtectorum: uentres auium, hepata animalium caſeus antiquus oua dura oryza lupini lentes milium caſtaneæ glandes palmulæ ſiliqua bulbus piſces duriores cochleæ inteſtina animaliũ: extrema animalium cor lac acetoſum, triticum elixum fabę ſeſamum, fructus immaturi rapa paſtinaca olera omnia: præter lactucam radices olerum uinum nouum craſſum & immaturum &c.

De ci-

## *De cibarijs multarum ſuperfluitatum, & non habentibus ſuperfluitates, Cap. 22.*

CIbaria multarum ſuperfluitatum ſunt, caro pullorum, anſerum præter alas interiora omnium animalium, cerebra omnium animalium: aues paluſtres lacuſtres fabæ virides ciceres recentes, caro animalis lactantis, omnis caro domeſtica, piſces ſordidarum aquarum. E contra verò ſuperfluitatibus carent, alę auium, pedes quadrupedum, genua quadrupedum, caro animalium ſyluestrium. &c.

---

## *De cibis multi nutrimenti, Cap. 23.*

POrrò cibi multi nutrimenti ſunt caro bubula, alæ pullorũ anſerum cerebella, medullæ, interiora auiũ, ventriculi auiũ piſces craſſę ſubſtantiæ, fabæ ciceres lentes dactyli glandes caſtaneæ rapa panis ſimilaceus paſſulæ ficus lac recẽs vinum rubrum craſſum dulce, &c.

---

## *De cibis pauci nutrimenti. Cap: 24*

PArum autem nutriunt panis hordeaceus, caro antiqua, pedes uentres inteſtina aures pinguedo pulmo milium panicum oliuæ nuces, auella-

auellanæ, caules, cappares, piſces, cucurbita, mora, poma, pruna, mala, punica, aurantia, olera omnia, beta, acetoſa, portulaca, fabæ recentes, raphanus, ſinapi, naſturtium, paſtinaca, cæpa, alliũ, porrum, medulla, panis loti, amylum, &c.

## *De cibis laxantibus, Cap. 25.*

CIbaria laxantia ſunt omnia aquoſa, humida, iurulenta, viſcida, lenta, ſalſa, & nitroſa. cuiuſmodi ſunt, panis fermentatus, & multi furfuris, decoctum caulium, lentium, galli antiqui, piſcium teſta intectorum, cochlearum, oliuæ, ſerum lactis, caro paruorum animalium, braſſica, beta, atriplex, malua, lactuca, portulaca, aſparagus, lapathum, ficus virides, ceraſia, cucurbita, pepo, melopepo, vuæ recentes, paſſulæ dulces, nuces humidæ, mora ante cibum, prima mulſa, oxymel, vinum dulce, muſtum &c.

## *De cibis aſtringentibus, Cap. 26.*

AStringunt quęcunq; auſtera & acerba ſunt edula, & terrena & ſicca: vt panis ſine ferměto, ſiligineus, ſimilaceus, bis coctus, oryza, panicum, milium, alica, grana myrthi, lenticula, cotonea, pyra, poma auſtera, mala punica, palmulę auſteræ, ſorbæ, mora rubi, fructus ſpinæ albæ, caſtaneæ, glandes, braſſica bis cocta, plantago, intybus,

tybus, oua dura, caro aſſata, caro leporis, bubula caprina, aues minutæ, merula, palumbus, grus, ſecur, caſeus antiquus, defrutum paſſum, purpuræ, murices, vinum auſterum, &c.

## De cibis vrinam mouentibus, Cap 27.

Cibaria vrinam mouentia ſunt calida, & tenuium partium: vt apium, petroſelinum, anetum, ruta, mentha, ocimum, aniſum, hyſopum, coriandrum, eruca, fœniculum, naſturtium, aſparagus, nepeta, thymũ, ſatureia, lapſana, paſtinaca, radicula, ſiſer, capa, capparis, ſinapi, piper, nucleipini, caro leporina vinum tenue, &c.

## De ciborum quantitate, Cap 28.

HActenus de ciborũ qualitate diſſeruimus, reſtat nũc vt de quãtitate dicamus. Itaq; circa ciborũ quãtitatẽ maximè obſeruadæ veniunt, ægrotantis vires, morbi natura, tẽpus anni regio ætas, & cõſuetudo, &c. Aliã, n. mẽſurã imbecilles, aliam robuſtiores exigunt. Imbecillioríb. nanq; plenior, robuſtioribus verò tenuior victus adminiſtrãdus eſt. Aliã ꝑterea morb. acutus, ac celer, aliã diuturnꝰ expoſcit. Quãto n. acutior eſt morbus, tãtò vigori vicinior, ideoq; minus cibi in eo exhibendũ. Vnde Hipp. aphoriſ. 1. Vbi morbus ꝑ acutus

acutus eſt,ſtatim extremos habet labores , & extremè tenuiſſimo victu vtendum eſt. Victū autem tenuem vocat,qui fit per ptiſanæ ſuccum: ſimpliciter tenuiſſimum verò, qui fit per mulſam , tum aquam: extremè tenuiſſimum , qui per ſolam inediā abſoluitur. Porrò morbus diuturnus tenuē victum reſpuit. victus enim tenuis in morbis longis ſemper periculoſus. Quare in his pleniori victu vtendum, vt æger perdurare queat. Cæterùm tempus quoq; anni aliquam menſuram præſcribere videtur, præſertim in ſanis. Siquidem hyeme & veris initio uentres natura calidiſſimi ſunt & ſomni longiſſimi,quare per ea tempora alimenta copioſiora exhibenda. Etenim calor innatus tum copioſior eſt. Contrà verò æſtate minus cibi oſterendum. Eadem quoq; ratione in regione calida, vel frigida, augendus, vel minuendus victus erit. Quod ad ætatem attinet,& conſuetudinem, pueri vberiorem:adoleſcentes minorem : conſiſtētes adhuc minorem : ſenes minimum victum expoſcunt. Conſueti uerò plurimum comedere vberiorem:cōtra incōſueti pauciorem cibum exigunt.

## *De ciborum ordine,* *Cap.* 29.

Porrò ægrotis ſimplex cibus conuenit, nihil enim deterius eſt,quā diuerſa nutriētia ſimiliter adiungere. Sanis verò ciborum diuerſitatē

deuitare,

deuitare: hęc ætate penè impoſſibile eſt. Proinde ordinem in eis obſeruare decet. Ea itaque alimenta primo loco aſſumenda ſunt, quæ facilius concoquuntur, ut cocta deſcendant, & reliqua deinde coquantur. Nā ſi ea antecedant, quæ difficilius coquuntur ea, quæ facilius coquuntur interim ſuperata & cocta, non deſcendent, inferioribus nondum coctis. duęque inde ſequentur noxæ: prima, quòd coctum crudo miſcebitur: ſecunda, quoniam retentum, quod iam coctum eſt, corrumpitur, non gubernatum à natura. Quare edulia: quæ facilioris concoctionis ſunt, pręcedere debent. Sunt autem facilioris concoctionis, cibaria liquida lubrica ſubtilia humida, citò permeantia corruptibilia, &c. E contrà difficilioris concoctionis craſſa aſtringentia ſicca aromatica, &c.

---

## *De tempore cibationis,* Cap. 30.

QVo autem tempore cibandi ſint ęgri febrientes, indicabit nobis ipſa acceſſio. Aegri namque in morborum acceſſionibus cibandi non ſunt, niſi totus paroxiſmus remittatur. In continuis uerò febribus, in declinatione cibandi ſunt ęgrotantes. Vtrum verò ſemel, vel ſæpius cibandi ſint, uires id maximè oſtendere poſſunt. Siquidem robuſtioribus rarius: imbe-

rilliorib. verò ſæpius cibus offerēdus. Porrò qui nō febricitāt: ſed diuturno aliquo morbo laborāt, cōſueta hora, ac illiciēte appetitu ſūt cibādi.

## *De motu, & quiete, Cap. 31.*

HActenus de aere, cibo & potu: nunc ad exercitiū peruenien dū eſt. Quoniā uerò ęgrotantes ad exercitationes inepti ſunt, earum loco frictiones ex vſu ſunt. Hæ namq; tertię concoctionis excremēta expellūt, membra roborant, meatus aperiunt, calorē natiuū excitant, & ad membra trahūt. Sunt aūt frictionū varia genera, videlicet mollis, aſpera multa & modica. Mollis fit palma manus, aut pannis leuibus: quæ ſanguine coniungit, & ipſum in membro continet. Aſpera uerò aſperis pannis pficitur, quæ ſanguinem ad exteriora uelociter trahit: vnde ad corporis nutritionem non parū cōferre uidetur. Sic modica, corpus implet, multa uerò minuit. Porrò frictiones tibiis, brachiis, anteriori & poſteriori partu corporis adhibēdæ ſunt; in acutis quidē & recentib. morbis leniter, & quidē in remiſſione, & ante cibū. Lōga uerò frictione uti, neq; in acutis morbis, neq; increſcētib. cōuenit, præter quā cū phreniticis ſomnus quæritur. Sed ut leuata quoq; aduerſa ualetudine rectè frictio adhibetur, ſic nunquā adhibenda eſt febre increſcēte. Verū ſi fieri poterit, cū ex toto corp⁹ ea uacabit, min⁹ certè cū ea remiſerit.

Cæterùm

Cęterùm geſtatio quoq; lõgis etiã, & inclinatis morbis aptiſſima eſt; utiliſq; eſt & his corporib. quę iam ex toto febre carent, ſed adhuc exerceri non poſſunt, & his quibus leniæ morborũ reliquę remanẽt: neq; aliter eliduntur. Porrò ex toto nũquam geſtari corpus doles debet, ſiue id in toto ſiue in parte eſt, niſi tamen ſolis neruis dolentib. neq; unquam in recenti febre, ſed in remiſſione eius. Genera aũt geſtationis plura ſunt adhibenda. quæ ſunt & pro viribus cuiuſq;, & pro opibus ne aut imbecillũ hominẽ nimis digerant, aut humili obſint. Geſtationum leniſſima eſt naui, uel in portu, uel in flumine: uehementior in alto mari naui, uel lectica: ut ſcanno, acrior uehiculo. Atque hęc ipſa & intẽdi, & leniri poſſunt. Et leuia quidem genera exercitationis infirmiſſimis conueniunt. Valentiora uerò his, qui grauiũ morborũ initia ſic ſentiunt, vt adhuc febre uacẽt. Quod & in tabe, & in ſtomachi uitijs, & hydropa, & interdum morbo regio fit. Aut ubi quidam morbi, qualis commitialis, qualis inſania eſt: ſine febre, quãuis diu manent. Porrò quies in ſanis vbi immodica fuerit: maximo detrimento exiſtit. Cruditates. n. parit, & uitioſorum humorum in corpore copiam procreat. Eſt autem ubi & quietis conueniens eſſe poſſit uſus, tum videlicet ubi ex multa motione caput defatigatum fuerit.

## *De ſomno, & vigilia, Cap. 32.*

SOmnus eſt reditus ſpiritus animalis ab inſtrumentis ſenſuum, & motus ad principium, vnde ſenſus & motus priuatur. Fit autem ſomnus, quando vapores à cibis, & potionibus reſoluti petunt cerebrum, & inuenientes ipſum frigidum, & denſum, congelantur, & condenſantur, veluti uapores ab aqua inferius eleuati ad partem ſuperiorem, & graues facti deſcendunt, obſtruuntque meatus ſenſuum: vt ſpiritus ad cerebrum à ſuis inſtrumentis retrahantur. Quòd ſi fuerit moderatus, naturales facultates reficit omnes corporis interna calefacit, vnde ciborum perficitur concoctio: cordis vias humectat, & laſſitudines inhibet: animali enim facultati affert augmentum, & humoribus obuians temperatis, calefacit & humectat, corpus impinguat, dolores excutit, & mentem exhilarat. Immoderatus verò, & quidem prolixior, virtutes animales concitat & diſſoluit uias laxat, corpus refrigerat & humectat: phlegma auget: calorem debilitat, naturalem corporis calorem corrumpit, motus debilitat. Quòd ſi parcior fuerit iuſto, conſurgit imbecillitas, infirmitas digeſtionis corporis ſiccitas, calor diſſoluitur. Porrò ſomnus conuenit poſt deſcenſum cibi à ventriculo, & quidem nocturnus ob frigus, calorem ad

interna

interna propellens, & ob ceſſationem à muneribus. Diurnus enim, inſuetis maximè, ad plures pręparat morbos. Celebrandus autem eſt lecto ſuaui, ac molli corpore: vt decet, contecto, vt mēbra æſtate non æſtuant, & hyeme non algeant, nec ſudorem incurrant, & capite elato, non ſupinè: ſed primò quidem in dextrum latus, deinde in ſiniſtrum decumbant. Cæterùm vigilia corporis humiditatem exiccat, unde in catharris præcipitur, adurit humores, ęgritudines facit acutas, ſpiritum reſoluit, concoctionem impedit, & tum cibi, tum potionis cruditatem efficit.

## *De repletione, & inanitione,* *Cap. 33.*

ABſoluto ſomno & vigilia, ad repletionem, & inanitionem ſiue euacuationem progrediēdum erit. Eſt autem abundantia duplex, aut cibi, aut humorum. Cibi abundantia ſatietas appellatur: humorum verò omnium, plenitudo: vnius verò humoris, cacochymia nominatur. Plenitudo rurſus duplex exiſtit, vel ad vaſa, vel ad virtutem. Ad virtutem, vbi uidelicet tanta eſt humorum multitudo, quæ virtutem grauat. Ad vaſa verò, vbi tanta eſt ſanguinis copia, vt uaſa diſtendantur. Porrò inanitionis varia genera ſunt, Vacuamus enim interdum per venæ ſectio-

nem, nunc per ſcarificationē, ſubinde per medicamentū purgans, & per ſudores, &c. de quibus nunc ordine dicemus, à ſanguinis miſsione orſi.

## *De venæſectione, Cap.* 34.

VEnæ ſectio conuenit plethoricis, ſanguineis; ætate florētibus, temperaturis calidis & humidis, carnoſis, robuſtis, conſuetis, tempore veris, & autumni, tēpore matutino, hora remiſsionis febris, dolore uehemēti, inflammatione, febribus ardentibus. Nō conuenit autem inanitis, cholericis, frigidis, macillētis, pueris ſenibus, debilibus, inſuetis, tempore æſtiuo, hyberno, niſi opus fuerit: item crudis & ebrijs uenæ inciſio obeſt. Porrò in ſanguine mittēdo cōſiderandū eſt, quæ uena ſit ſecanda. Interna aūt brachij uena, quam multi baſilicā nominant, iis ſecanda erit, quibus partes collo inferiores patiuntur. Exterior uerò, quam humeralē, & cephalicā appellant, ijs aperienda venit, quibus caput aliqua affectione laborat. Media, quā communem, nigrā & medianam nuncupāt, tū ſecanda erit, ubi dictarū uenarum aliqua obſcurior fuerit. Sic in manu uena pollicis, in capitis morbis: minimi verò digiti, quā ſaluatellā uocāt, in hepatis, uel lienis paſsionibus; ſecāda eſt. In pedibus interdū ſaphena, uel malleoli vena inciditur, præſertim in vteri: uiſiceq́ue affectibus, uel menſibus, & hæmorrhoidibus retentis.

tentis. Cæterùm venæ ſectio è directo partis laborantis ſemper facienda eſt. Quantitas verò pro ætatis, & virium ratione detrahenda.

## De ſcarificatione, Cap. 35

SCarificatio eſt inciſio, quæ fit ſcalpello in longũ. Per ſcarificationem. n. euacuamus, quãdo humores ſunt cõpacti, & inuiſcati in aliqua corporis parte, vel partes corporis phlegmone, aut dolore vexatę, aut fluxione affectæ. Prodeſt autẽ ſcarificatio, & oculis diuturna fluxione laborantibus, tum capitis paſſionibus, quiq; thoraci dorſoq; eueniũt, collo, vel dorſo adhibita. Sub mento uerò facta, dentibus, faciei & gutturi conuenit. Eadẽ ratione ſuper renes adhibitæ, apoſtematib. coxarũ, ſcabiei, podagræ, hæmorrhoidibus, elephãtiæ, vẽtoſitatib. matricis, proſunt. Sic quoq; crurũ ſcarificatio, ſanguinẽ mundificat, mẽſtrua prouocat. Porrò cuiq; parti corporis cucubitulæ fuerint affixæ, huius ſanguine eliciũt, exugũt, atq; euacuãt. Eſtq; hæc cucurbitularũ adhibitio, non tam periculoſa, quàm ſi uenæ ſectio tentetur.

## De purgatione, Cap. 36

PVrgatio eſt humorum, qui ſua qualitate moleſtant, euacuatio. Conuenit autẽ hęc iis, qui malis humorib. ſunt referti, iiſq; non crudis, ſed

concoctis: item robuſtis, & aſſuetis, tempore ma tutino, & hora remiſſionis morbi. E contra uerò minimè ex uſu eſt ſanis, præſertim quibus cacochymia nulla adeſt, item imbecillis, macillentis, ſiccis, ſenibus pueris mulieribus grauidis, non aſſuetis pinguibus dyſentericis, diarrhæa laboran tibus conuulſis inanitis delinquentibus ſæpè animo, mulieribus menſtruatis, balneatoribus & foſſoribus &c. Porrò quibus ventriculus, aut caua hepatis pars laborat, aut materia ad ſuperiora uergit, per vomitum purgandi ſunt: quibus verò inteſtina aut caua hepatis pars afficitur, aut materia ad inferiora uergit, per ſeceſſum euacuandi ſunt. Sic cerebrum per nares, palatum & oculos commodè euacuatur: pulmo per tuſſim: renes, per vrinam: uterus, per peſſos & clyſteres. Cauendæ præterea purgationes in morborum principio ſunt, niſi materia turgeat: ſic quoque in ſtatu, ſiue vigore morbi à medicamentis purgantibus abſtinendum. Tempus autem conueniens in declinatione eſt. Cæterùm quantitas pro ætatis & virium ratione facienda eſt. Qualitas verò ab ipſius humoris natura deſumenda eſt. Siquidem ſi bilis, medicamentis purgantibus bilem: ſi pituita, pituitam purgantibus: ſi melancholia, atram bilem purgantibus, euacuanda erit &c.

## *De ſudore, Cap. 37.*

SVdor prouocatur iis potiſſimum, quibus humor aliquis noxius circa interiora corporis verſatur, ut in febribus, & præſertim peſtilentialibus, hydrope, &c. Prouocatur autem uariis modis: aut balneo ſicco, aut fomento aliquo calorifico, aut medicamentis ſudorem cientibus. Cauendus autem immodicus eſt, quoniam vires deiicit.

---

## *De balneo, Cap. 38.*

BAlneorum vſus non omnibus conuenit. Siquidem balnea nocent macilentis, gracilibus biliosis, crudis, plenis, fatigatis, non purgatis, ſenibus ualde ſiccis, pueris interdum. E contra verò conueniunt pinguibus, phlegmaticis, craſſis, robuſtis, purgatis, conſiſtentibus, & fœminis. Tempus uerò aptum ver, & autumnus, & principium æſtatis eſt: matutinum, vel ueſpertinum, concoctione transacta. Cauendus autem uſus immoderatus. Quoniam corpus debilitat, reſoluit ſyncopen inducit, ſitim excitat, febrem inducit. Ingreſſuri alui prius & veſicæ excrementa deponant, pannisque ſe muniant. In ipſo balneo uerò neque comedant, neque dormiant. Egreſſuri autem pannis ſe cooperiant, in lecto

aliquandiu quieſcant. Porrò balneorum alia ſunt naturalia, alia artificialia: atque hęc vel aerea, vel aquea: aerea rurſus, vel ſicca, vel humida. Aerea autem ſicca calefaciunt, reſol uunt, humiditates exicant, hydropicos iuuant. Aerea verò humida, quæ ab herbis in uaſe aliquo decoctis, parãtur, calefaciunt, fundunt, cutim laxant, ſiccãt. Balnea aquarum dulcium, & quidem moderatè calida, calefaciunt & humectant, laſſitudinem ſoluunt, plenitudinem diſcutiunt, mitigant, emolliunt, & ſomnum prouocant, mundificant, impinguant, pueris, ſenibus, viris & mulieribus conueniunt. Cæterùm balnea naturalia dicuntur, quæ ſponte proueniunt, & thermę nominantur, quorum alia ſulphurea, alia ſalſa, alia aluminoſa, alia nitroſa, alia cuprea, alia ſerrea. Sulphurea quidẽ calefaciunt, exſiccãt, reſoluunt, apoplecticos, & epilepticos iuuant, paralyticis, lethargicis, & catharrhoſis conferunt, omnia cutis vitia exterunt. Salſa verò calefaciunt, reſoluunt exiccant: ſpaſmo, epilepſiæ duriciei ſplenis, ſcabiei, vlceribus, podagrę, reſolutioni, & aſthmaticis conferunt. Aluminoſa adſtringunt, exiccant, reiectioni ſanguinis, vomentibus, menſtruis & hæmorrhoidibus ſuperfluis, immodico ſudori, ſtomachicis, fiſſuris matricis, & ſcabiei proſunt. Nitroſa, calefaciũt exiccant, incidunt, reſoluunt, abſtergunt, ſurditati, reſolutioni, & hydropicis opitu-

opitulantur, tibijs vlceratis, ſcabiei & pruritui conſerunt. Cuprea podagricis, nephriticis, aſthmaticis, articulorum doloribus, vlceribuſq; malignis auxiliãtur. Ferrea deniq; infrigidãt, exiccant, aſtringunt, ventriculo, lieni, nec non fluxioni menſtruorum, & hemorrhoidum conferunt. Sic & compoſita pro cuiuſq; vincentis qualitatis ratione agunt.

---

## *De animi affectibus.* Cap. 39.

Reliquum eſt, vt ad animi affectus trãſeamus, à quibus non parum ægrotantes læduntur. Multi enim ob animi paſſiones commoriuntur. Caueant itaq; ſibi quàm maximè ab ira, furore, triſtitia, timore, & ſolicitudine. Ira namque corpus inflammat, calorem natiuum ad exteriora effundit. Mœſtitia verò parit melancholiam, corpus & oſſa exiccat. In timore calor omnis & ſpiritus ad intima cordis penetralia cõfugiunt, quo fit, vt partes algeant, corpus palleſcat, nerui lædantur, vireſq; omnes deijciantur. Præ nimio gaudio multos expiraſſe legimus puſillanimes, dilatato nimirum corde, foraſque repentè effuſo, diſſipatoque ſpiritu. Sed hæc de animi affectibus ſufficiant.

PRA-

# PRACT. GENERALIS
## LIBER IV.
### *ARGVMENTVM*

De remediorum ſimplicium qualitate, quantitate, loco, & tempore inueniendo, potiſsimum tractat. Eius capita hæc ſunt.

*DE remediorum qualitate,* Cap. I
*De medicamentis tēperatis.* C. 2
*De medic. calidis in gradu primo,* C. 3
*De medic. calidis in ſecundo,* Cap. 4
*De medic. calidis in tertio,* Cap. 5
*De medic. calidis in quarto,* Cap. 6
*De medicamentis frigidis in gradu primo,* Cap. 7
*De medic. frigidis in ſecundo,* Cap. 8

*De medicam. frigidis in tertio, Cap. 9*
*De medicam. frigidis in quarto, Ca. 10*
*De medicam. ſiccis in primo, Cap. 11*
*De medicam. ſiccis in ſecundo, Cap. 12*
*De medicam. ſiccis in tertio, Cap. 13*
*De medicam. ſiccis in quarto, Cap. 14*
*De medicam. humidis in primo, Ca. 15*
*De medicam. humidis in ſecũdo, C. 16*
*De medicam. humidis in tertio, C. 17*
*De medicam. tenuis eſſentiæ, Cap. 18*
*De medicam. craſſæ eſſentiæ. Cap. 19*
*De medic. diſsimilarum partiũ, C. 20*
*De medicam. acribus, Cap. 21*
*De medicam. adſtringentibus, Cap. 22*
*De medicam. conſtringentib. Cap. 23*
*De medicam. aperientibus, Cap. 24*
*De medicam. diſcutientib. Cap. 25*
*De medicam. condenſantib. Cap. 26*
*De medicam. rarefacientib. Cap. 27*

De medicamentis emollientib. Cap. 28
De medicamentis indurantib. Cap. 29
De medicamentis laxantib. Cap. 30
De medicamentis abſtergentib. C. 31
De medicamentis adurentibus, C. 32
De medicamentis attrahētib. Cap. 33
De medicamentis cientibus, Cap. 34
De medicamentis deleterijs, Cap. 35
De alexeterijs, Cap. 36
De pus mouentibus, Cap. 37
De emplaſticis, Cap. 38
De medic. obſtructione liberātib. C. 39
De epuloticis, Cap. 40
De excedentibus, Cap. 41
De expurgantibus, Cap. 42
De exterminantibus, Cap. 43
De incraſſantibus, Cap. 44
De medic. flatus diſcutientib. Cap. 45
De extrahentibus, Cap. 46

De glutinantibus, Cap.47
De incidentibus. Cap.48
De repellentibus Cap.49
De roborantibus, Cap.50
De ſarcoticis, Cap.51
De ſiſtendi vim habentibus, Cap.52
De vrinam cientibus, Cap.53
De menſtrua prouocantibus, Cap.54
De ſiſtentibus menſtrua, Cap.55
De ſudorem cientibus, Cap.56
De calculum frangentibus, Cap.57
De lac generantibus, Cap.58
De medicament expectorantib. C.59
De tuſſim ſedantibus, Cap.60
De dolorem ſedantibus, Cap.61
De ſoporiferis, Cap.62
De venereis, Cap.63
De ſpermatic s, Cap.64
De medic. m. inbuſtis medẽtib. C.65

*De medicam. digeſtiuis,* Cap. 66
*De medicam. bilem flauam coquentibus,* Cap. 67
*De medicam. pituitam coquẽtib.* C. 68
*De medicam. atram bilem concoquentibus,* Cap. 69
*De ſeminbus calidis maioribus, & minoribus,* Cap. 70
*De ſeminibus frigidis maioribus, & minoribus,* Cap. 71
*De medicamentis purgantib.* Cap. 72.
*De medicamentis bilem flauam purgantibus,* Cap. 73
*De medicamentis pituitam purgantibus,* Cap. 74
*De medic. atrã bilem purgãtib.* C. 75
*De remediorum quantitate,* Cap. 76
*De remediorim loco,* Cap. 77
*De remediorum tempore,* Cap. 78

## *De remediorum qualitate. Cap. I*

VIctus ratione abſoluta , ad medicamentorum tractationem perueniendum eſt : quæ quidem in eorum qualitate,quantitate, loco,& tempore conſiſtit. Verùm de medicamentorum qualitate prius agendum eſt. Equidem medicamentorum qualitas ab ipſius morbi natura , eiuſque cauſſa deſumenda eſt . Auſpicari enim perpetuò oportet ab indicatione , quæ ab affectu, cui mederi paramus , accipitur, & demum examinare,ac diſcernere, an cauſa, quæ affectũ excitauit, iam deſierit , an ipſum quoque nunc tum augeat,tum faciat:his inquam ſemper comparandum eſt remedium , quod eis ſit contrarium.Sic ergo morbus calidus , poſtulat remedium frigidum : frigidus , calidum : humidus: ſiccum:ſiccus, humidum. Obſtructio præterea requiri medicamentum , facultatem habens aperientem : plenitudo, euacuantem : raritas, denſantem: denſitas, rarefacientem : aſtrictio, dilatantem: dilatatio , aſtringentem . Ad eundem modum,magnitudo aucta efflagitat remedium,quod minuit: imminuta , quod auget.

Numerus quoque abundans, deſiderat remediū facultatem habens auferentem: deficiens verò adijcientem. Sic etiam vlcus ſordidum poſtulat remedium facultatem habens detergentem: cauum replentem: planum, epuloticum, &c. Quod ad morborum cauſas attinet, humor quidem craſſus poſcit remedium, facultatem habens attenuantem: tenuis, incraſſantem: lentus, incidentem: viſcoſus, abſtergentem. Sic quoque ſanguis abundans phlebotomiam exigit: bilis, medicamentum, facultatem habens purgandi bilem: pituita, medicamentum, quod pituitam: atra bilis, quod melancholiam purgat, &c. Verùm vt Medicinæ ſtudioſi vberiorem materiam in promptu habeant, omnis generis medicamentorum qualitates enumerandas quoque eſſe putauimus, initium à temperatis ſumentes.

## De medicamentis temperatis, Cap. 2.

TEmperatum medicamentum eſt, quod ſimilem elementorum temperaturam, eucrato, hoc eſt temperato hominis corpori obtinet, ita vt tale medicamentum temperatum, neque calefaciat, neque refrigeret, neque humectet, neq; exiccet, ſed quemadmodum ipſum accepit, conſeruet: cuiuſmodi ſunt adianthū, aſparagus, argenti

genti ſpuma,argenti recremẽtum,cadmia cera, citri cortex,eryngiũ,faba,glycirrhiza,graminis radix,lẽtiſcus,lini ſemẽ,lotus ſatiua,*lyciũ*,lẽs, maſtiche,myza,oleũ dulce, pinei nuclei , ſeſamũ terra chia,& ſamia,trichomanes,zizipha.

## *De medicamentis calidis in gradu primo, Cap. 3.*

MEdicamentum primi ordinis calidum eſt, quod nos excalefacit , non tñ euidenter, vt abſinthiũ, aloe,agaricum, althea,amygdala dulcia,beta,braſſica,bugloſſum,caſſuta, caſtanea,chamæmelũ , eupatorium,flores populi nigrę,ladanũ,lini ſemen,lithoſpermon, malobathrũ,nuces virides,oryza,orobus, ꝑpolis quinquefoliũ,ſaccharũ,ſerum lactis, ſeſamum,ſpica nardi,vuæ maturę,vinũ nouum ſeu muſtum.

## *De medicamentis calidis in ſecundo, Cap. 4.*

SEcundi à medio receſſus medicamenta ſunt, quę maniſeſtè & euidenter caleſacere poſſunt: vt ſunt,

| | |
|---|---|
| Ambarum | Arthemiſia |
| Anethũ viride | Balſamum. Bitumen |
| Apium | Buphthalmus |

Calamus odoratus
capparis: carduus
Chamæpitys
crocus
Elateriũ. Elelisphacus
Eruſi. Elaphoboſcum
Ficus
Fœnumgręcum
Galbanum
Lotus ſylueſtris
lychnis coronaria
marrubium
Maſtix
mali citri ſemen
Manna thurris
Mel
Meliſſa
Myrrha
Myrrhis
Nux moſchata
Nuces ſiccæ
Ocymũ. Pancratium
peucedanum
piſtacia
Polium
Pix arida
Rapa. Radix rhodia
Sal. Scandrix. Scilla
Siſer
Vinum
Thus. Teucrium
Zedoaria.

## *De medicamentis calidis in tertio, Cap. 5.*

TErtiæ claſſi adſcribuntur medicamenta calida, quæ in ſuo genere vehementer citra ſūmum tamen excalfaciunt cuiuſmodi ſunt

Abrotanum
Ammi. Amomum
Anacardium
Anethum vſtum
Aſarum. Ariſarum
Acori radix
Aniſum. Apocynum
Aſphodelus
Agnus
Arum

Amo-

Amomum
Careum
Carthamus. caſtoreũ
caſſia odorata
calamintha. cedrus
cinamomum
Conyza
chelidonium ma.
chamædrys.
chamęlenæ
cuminum
carpeſium
carnabadium
clinupodium
colocynthis
Dictãnus. daphmoides
Dracunculus
ellebonus uterque
epithymum, eruca
Fœniculum, Folium
Galanga, Galbanum
Gariophyllon
helentium
hyſſopum
Iris
Iuniperus
leontopetalum
lęucas

Lolium
Mali citri cortex
Meum
Moly
Mentha
Mentaſtrum
Moſchus
Nepeta, Nigella
Origanum, Ononis
Opopanax
paronychia
Petroſelinum
periclymenum
piper, porrum capitatũ
ptarmice
pſeudodictamnus
pulegium
raphanus
ruta hortenſis
Sabina
Scorodopraſum
Sãpſuchũ. scorpionid.
ſiſymbriũ. Scolymos
Serpillum, Seſeli
Smyrnium
Trifolium
Thlaſpi
Thymbra

Thymus
Tragium
Tragoricanum
Tripolium
Triſſago
Veratrum alb. & nig.
Vitex
Vinum vetus.

## De medicamentis calidis in quarto gradu, Cap. 6.

MEdicamenta calida in quarta ſede ſunt, q adeò excalfacere poſſunt, vt eſcaram moliantur, & vrant, vt

Adarces
Ampeloprаſon
Allium
Calx
Cedrin⁹ liquor
Cepa
Chalcitis
Calchanthum
Chelidonium minus
Clematisaltera
Cinis ficulneus
Ci. ſarmẽtitius
Coſtus
Euphorbium
Fœx vſta
Granũ cnidiũ
Lactaria
Lanaria herba
Laureola
Lepidium
Melanteria
Miſy
Naſturtium
Ochra
Pityuſa
Porrũ agreſte
Pſoricum
Pulegium
Pyrethrum
Ranunculus
Ruta ſylueſtris
Sandaracha
Sardonia erba

Sina

| | |
|---|---|
| Sinapi | Teſtæ matinę |
| sory | crematæ |
| strutium | Tithymalus. |

*De medicamentis frigidis in primo.*

*Cap. 7.*

MEdicaméta primi ordinis frigida sũt, quę nos refrigerant, non tamen euidenter, vt

| | |
|---|---|
| Atriplex | Myrtus |
| Acini vuæ | Orobanche |
| Cotonea | Oxyphœnica |
| Citrei caro | Pruna |
| Gramen | pira |
| Hordeum | Rhamnus |
| Malua | Roſa |
| milium | Viola. |

*De medicamentis frigidis in ſecundo,*

*Cap. 8.*

MEdicamenta ſecundi receſſus frigida ſunt quę manifeſtè & euidenter refrigerare ualent. cuiuſmodi ſunt

| | |
|---|---|
| Acacia | Cucumis |
| Alga marina | Damaſcena pruna |
| Blitum | Endiuia |
| Condrylla | Galla. Gingidium |
| Cucurbita | Hiacinthus. hypociſtis |

| | |
|---|---|
| Lactuca. Lens paluſtris | Plantago |
| Mala perſica | Polygonum |
| Mala armeniaca | Potamogeton |
| Mala granata | Pulicaris herba |
| Pepon | Pſillium |
| | Solanum hortenſe. |

## *De medicamentis frigidis in tertio*
## *Cap. 9.*

MEdicamenta tertiæ claſſi frigida adſcribũtur omnia ea, quę uehementer citra ſummum tamen refrigerant, vt ſunt

| | |
|---|---|
| Caphura | Sedum maius |
| Papauer ſatiuum | Sedum minus |
| Portulaca | Solanum hortenſe |
| Solanum ſomniferum | Sandali, &c. |

## *De medicamentis frigidis in quarto,*
## *Cap. 10.*

IN quarta ſede frigida collocantur, quę uehementer refrigerant, adeò vt extinguant, cuiuſmodi ſunt

| | |
|---|---|
| Cicuta | papauer erraticum |
| Dorycnium | papaueris ſuccus |
| Fungi | Hyoſcyamus |
| Opium | Mandragora, &c. |

## *De medicamentis ſiccis in gradu primo. Cap. II.*

POrrò primi ordinis ſicca medicamenta sũt quę nos exiccant, non tamen euidẽter, ſed cum aliqua rationali demonſtratione: ut ſunt

Alyſſum
Anthemis
Arum
Artemiſia
Beta
Braſſica
Caſtane
Chamæleuce
Crocus
Faba
Fœniculum
Fœnumgręcum
Hordeum
Hyacinthus
Lotus ſatiua
lotus ſylueſtris
Manna thuris
Malabathrum
Myrrhis
Myrtus
Ocymum
Orobanche
pſeudodictamnus
Rhododaphne
Saccharum
Solanum hortenſe
Seſamum
Thus.

---

## De *medicamentis ſiccis in ſecundo, Cap. 12.*

MEdicamenti ſecundi ordinis ſicca, manifeſtè iã & euidẽter deſiccare poſſunt: vt sũt

Agaricus
Alga marina
Amomum
Amurca

Anethum
aphaca
apiũ montanũ
arthemiſia
Balſamum
balauſtia
bitumen
bupthalmus
burſa paſtoris
calamus odora
carduus (tus
capparis
condrylla
cotonea
caſſutha
cinnamomum
Dictamnum
creticum
Elaphoboſcũ
elaterium
eleliſphacus
eruum
Folium
Gingidium
Galbanum
Hypociſthis
Iris
Lepidium
Lentes
Lolium
lychnis corona
lycium (ria
mali citrei cor.
malicitrei ſemẽ
malabathrum
maſtix
mentha
mentaſtrum
mel
milium
meum
myrrha
Nardũ indicũ
nardum celticũ
nux moſchata
Orobus
opopanax
oryza
Petroſelinum
phu
piſtacia
pira
pix liquida
pix ſicca
plantago
polycnemum

Radix

Radix rhodia
Raphanus
Roriſmarinus
ſaluia
ſcandix
ſcorpioides
ſcolymos
ſpicanardi &c.

## *De medicamentis ſiccis in tertio gradu, Cap. 13.*

MEdicamẽta tertij ordinis ſicca ſunt ea omnia, quę vehementer citra ſummũ tamẽ reſiccare poſſunt; ex quorum numero ſunt

Abrotonum
abſinthium
acorus
aloe
alumen
ammi
anetum
aniſum
acetum
acacia
apium
aſarum
apocynum
aſphodelus
aſtragalus
carum
caſſia odorata
caſtoreum
calamintha
carnabadium
carpophyllum
cedrus
chamæleõ nig.
chamæpitys
chamædris
chelidonium maius
clinopodium
cinis fermentitius
cinnamomum
cuminum
coriandrum
cophura

Co-

Conyza
Cucumis ſyl.
epithymum
eruca
Galla
Galbanum
Hyſſopus
Irio
Iuniperus
Leontopetalum
leucacantha
Leucas
Marrubium
Moly
Macer
Moſchus
Milium
Myrthus
nepeta
nigella
Olus atrum
Origanum
Paronychia
Periclymenum
peucedanum
Piper
polium
Petroſelinum
ptarmice
porrum capitatum
pyrethrum
Quinquefolium
ruta
rhu obſoniorum
Sal
Sabina
Sanguis draconis
Sampſuchum
Scorodopraſum
Serpyllum
Seſamoides maior
Seſamoides minor
Seſeli
Siſymbrium
Smyrnium
Sphondrylium
Stachys
Teucrium
Thlaſpi
Thymbra
Thymus
Trifolium
Tragoriganum

Triſſago

| | |
|---|---|
| Triſſago | Veratrum nigrum |
| Veratrum album | Vitex. |

## *De medicamentis ſiccis in quarto.* *Cap.* 14.

IN quarto claſſe nec ſicca, nec humida collocantur medicamenta, quum patientes qualitates ſint: proinde ex ſe ſummum hoc opus nō attentant, neque aggrediuntur, niſi inſigni calore, aut frigore adiuuentur, alioqui ſola patiendi facultate contentæ. Quapropter in tertia claſſe ſiccum citra additum calorem vim ſuam exequitur. Poſſunt tamen ad quartum ordinem ſicca referri.

| | |
|---|---|
| Adarces | Laureola |
| Allium | Melanteria |
| Calx | Miſy |
| Cedrinus liquor | Naſturtium |
| Chalcitis | Ochra |
| Chalcanthum | tyuſa |
| Chelidonium minus | Pſoricum |
| | Pulegium |
| Clematis altera | Ranunculus |
| Cinis ficulneus | Ruta ſylueſtris |
| Euphorbium | Sandaracha |
| Fex vſta | Sardonia herba |
| Lanaria herba | Sinapi |

| | |
|---|---|
| Sory | Tithymalus, &c. |
| Teſtę marinæ crematæ | |

## *De medicamentis humidis in primo, Cap. 15.*

CAeterùm primi ordinis medicamenta humectantia ſunt, quæ nos humectare, non tamen euidenter poſſunt: ut ſunt

| | |
|---|---|
| Bugloſſum | Rapa |
| Citri caro | Saccharum |
| Glycirrhiza | Satyrium |
| Intybum | Seſamum |
| Malua | Helxine &c. |

## *De medicamentis humidis in ſecundo, Cap. 16.*

SEcundi ordinis humida ſunt, quæ manifeſtè & euidenter humectare poſſunt, vt

| | |
|---|---|
| Atriplex | Prunadamaſce |
| Blitum | Pepones (na |
| Cucurbita | Perſica |
| Cucumis | Portulaca |
| Lactuca | Potamogetum |
| Lens plauſtris | Tamarindi |
| Melones | Violę |
| Malaarmenica | Vua matu. &c. |

De

## *De medicamentis humidis in tertio, Cap. 17.*

TErtio ordine humectāt ea omnia, quę vehementer humectare poſſunt: cuiuſmodi ſunt cucumis, cucurbita, lactucæ ſuccus, fungi, papauer ſatiuum, ſolanum ſomniferum, &c.

## *De medicamentis tenuis eſſentiæ, Cap. 18.*

MEdicamēta, quę celeriter in tenuia ſoluantur, tenuium appellantur partium. Sunt autem tenuis eſſentiæ medicamenta

Acanthus
Acetum. Acorus
Adiantum
Agaricus
Ammi
Anethum
Anthemis
Arctium
Argemone
Aparine
Apium
Ariſtolochia rotũ-
Arthemiſia (da
Aſarum

Aſcyrum
Aſplenum
Baccharis
Botrys
Calamus odoratus
Capros
Carpeſium
Caſia
Caſtoreum
Cinamomum
Circea
Clynopodium
Crocus
Cyminum

Daucus

Daucus
Dictamnum
Ebenus
Elaterium
Epithymum
Erica
Eryngium
Eupatorium
Euphorbium
Ficus
Geranium
Gramen
Harundo
Hypericum
Hyſſopus
Iaſminum
Iris
Iuniperus
Iuncus odoratus
Ladanum
Leucoium
Liguſticum
Macer
Mala citria
Malabathrum
Mentha
Milium
Moly
Myrrhis
Myrtus
Napum
Nepeta
Naſturtium
Nigella
Ocymum
Onobrychis
Origanum
Paronychia
Parthenium
petroſelinum
peucedanum
Peonia
phalangium
phalaris
piper
piſtacia
polemonium
Populus nigra
propolis
pſeudodictam-
num
ptarmica
pulegium
Pyrethrum
Quinque folium
Rhaponticum

Rho-

Rhodia radix
Rhabarbarum
Sabina
Sagapenum
Sampſucum
Schœnanthos
Seſeli
Siſymbrium
Sium
Spartium
Spina alba
Sphondylium
Stachys
Sulphur
Tamarix
Teucrium
Thapſia
Thlapſi
Thymbra
Thymus
Tordilium
Tragium
Tragoriganum
Veratrum
Vitex
Vrtica
Xyris, &c.

## *De medicamentis craſsæ eſſentiæ.*
## *Cap.* 19.

MEdicamenta quæ in tenuia ſolui nequeũt, craſſarum ſunt partium: cuiuſmodi ſunt dura & uiſcoſa: vt

Acacia
Alga
Alumen
Amurca
Arbutus
Argenti ſpuma
Arum
Atramentũ metalli.
Auri pigmentum
Batus
Buccina
Cacalia
Caſeus
Centaurium maius

Cepea
cera
ceruſſa
chalcitis
chriſocolla
cōchula Indica
cucumis
Ephemerum
Fæx
Galla
Glaucium
Hipecoon
Hypociſtis
Lentiſcus
liguſticum
lycium
lyſimachia
Macer
melanteria
meſpila
miſy
miagrum
myrtus
Nitrum
Oclira
Palturus
palma
papaueris liquor
Phyllitis
picea
plantago
plumbago
plūbarius lapis
plumbū elotū
plumbū vſtum
pompholyx
populus alba
potamogetum
pſoricum
Radix Idea
rhaponticum
recremētū ferri
rubri ſinopica
rubrica fabrilis
Sal
ſeſamum
sori
sonchus
spina Arabica
squama æris
storehis
Terra lemnia
terra erethria
terra samia
terra selinuſia
teſtæ marinæ

Tubera

Tubera
Thuris ſuligo

Thuris cortex
Viſcum.

## *De medicamentis diſſimilarium partium, Cap. 20.*

Diſſimilarem eſſentiam habent,

Abſinthium
acacia
acclam
æs crematum
agaricum
aloe
anchuſa
aſpalathus
aſter atticus
alga
atramentum ſutorium
Batus
braſſica
bulbus
calamus odora
capnos (tus
capparis
centaurium maius
centaurium minus
chalcitis
chryſocome

cinis ſarment. vitis
cinnabaris
coriandrum
cratæogonos
cupreſſus
cyperus
cytiſus
Diphryges
Dracunculus maior
Dryopteris
Ephemerum
Fæx
Filix
Folium
Fumaria
Gingidium
Glaucium
Glans vnguentaria
Granum tinctorum
Halimos
Hedera

Iſatis ſatiua
Iſopyron
Lapis phrygius
Lapis gagates
lapis oſtracites
liguſtrum
lycium
Macer
Mala citria
Malabathrum
Melilotum
morus
myrtus
Maſtix
Nardus
Oxyſchenus iuncus
Paliurus
Pęonia
Phu
Pica
Plantago
Polygonaton
Populus alba
Pſoricum
Rha
Roſa
rubia
rumex
ruſcus
Scordium
senecio
sertula campana
sideritis
sonchus
stęchas
simphytum petraum
Terra cimolia
Terra pignitis
Tribulus
Tubera
Vmbilicus Veneris
Viſcum
Vitis alba
Vitis nigra
Vlmus, &c.

## *De medicamentis acribus, Cap. 21.*

Acria ſunt, quæ mordicant rodumq; cú valida quadam caliditate. Sunt enim omnia

acris

acriac alida, prout magis vel minus acria ſunt. Itaq; tum incidunt, tum excalfaciunt, tum à ui cinis partibus ad ſeſe ſanguinem attrahunt: vt

Abſinthium
Acetum
Acorus
Adarces
Aegilops
Aerugo
Aes vſtum
Allium
Alypon
Ammi
Amomum
Anagyris
Anchuſa
Anemone
Aniſum
Aqua maris
Argemone
Ariſarum
Ariſtolochia rotunda
Aſarum
Aſpalathus
Aſphodelus
Atramentum ſutoriũ
Bdellium
Calamus odoratus
Capnos
capparis
Cardamomum
Caros
caſia
Caucalis
Centaurium maius
Chalcitis
chamęleon albus
chamepitis
Chamædapne
chamæſyce
chelidonium maius
chelidonium minus
Chriſocome
chryſocolla
Cinis ſarment. vitis
cinnabaris
coagulum
Conyza
Coris
Coſtus
Crocodillion
Cupreſſus
Cyclaminus

Ciminum
Daphnoides
dictãnus cretē-
dictãnus (ſis
diphriges
dracũculus m.
dracũculus m.
dryopteris
Fæx
ficus
flos æris
fœniculum
folium
fumario
Galion
glyciſis
gramen
granũ cnidiũ
Halcionium
halimos
hauena
hedera
hiberis
hirundinaria
hidropiper
Irion
Iris
Iſatis ſilueſtris
Iuniperus
Lactaria herba
lanaria
lapis phrygius
lapis oſtracites
lapis thyites
lapis ſmitis
laſerpitium
laureola (na
laurus alexãdri
leontopetalum
leucas
lolium
Macer
malacitria
malabathron
mel
melanteria
mentha
meon
moli
Nardus
nardus Gallica
nardusmõtana
naſturtium
nepeta
Oculus bouis
oleũ ſinapinũ

oleum

Oleũ laurinũ
oluat rum
ononis
onoſma
onix Indicus
orminum
Pancratium
pæonia
peplis
peplos
periclymenum
petroſelinum
phu, piper
pituyſa
pix liquida
pix ſicca
polium
poligonatum
porrũ capitatũ
porrũ agreſte
pſeudobuniũ
pſeudodictãn⁹
pſoricum
ptarmice
pulegium
picnocomo
pyrethrum
Quinquefoliũ
Radicula
ranunculus
rha
raphanus
ruta
sabina
sagapenum
salis flos
sardonia erba
scandix
scilla
scordium
scorodopraſõ
serpillum
seſeli
sinapi
smilax aſpera
smilax lenis
smyrnium
spongiæ
sphondilion
spuma argenti
stachis
staphylinus
staphis ſilueſt.
Teſtę marinæ
Thlaſpi
Thapſia

| | |
|---|---|
| Thymelęa | Veratrum album |
| Thymbra | Veratrum nigrum |
| Thymus | Veronica |
| Tithimalus | Viſcum |
| Tordylion | Vitex |
| Tragoriganum | Vitis alba |
| Tripolium | Vitis nigra |
| Triſſago | Zingiber, &c. |
| Tuſſilago | |

## *De medicamentis adſtringentibus, Cap. 22.*

ADſtringens ſapor tum auſteri, tum acerbi eſt genus: ineſtq; medicamẽtis adſtringẽtibus facultas, & qualitas cum acribus pugnatiſſima. Nam contrahunt, conſtipantq;, atq; condenſant ſubſtantiam noſtram adſtringentia, ac proinde in quamuis corporis noſtri partem extrinſecus impoſita fuerint, cõtinuo illam rugoſam & contractum efficiunt, contra, quam acra, quæ impoſita cui perſpicuo eam excalfaciunt, atque in molem attollunt, rubente colore, & ſi diutius immorentur, ẽt vlcerant. Porrò adſtringentia refrigerando, contrahendo, conſtringendoq; in illis etiam contentum repellere, ex quo liquet facultatem aduerſiſſimam eſſe adſtringẽtibus, cum acribus. Sunt autem adſtringentia,

bſinthium
Abrotonum
Acacia
Acetum
Achillea
Acinus
Aes vſtum
Agnus
Aerugo
Agaricum
Aloe
Alumen
Ambroſia
Anchuſa
Aphace
Arbutus
Argenti recrementum
Argenti ſpuma
Aſpalathus
Aſtragalus
Alga marina
Atramẽtum ſutorium
Baccharis
Balauſtrum
Beta nigra
braſſica
britannica
bromos
bulbus eſculentus
bolus Armenus
burſa paſtoris
Calamus odoratus
Capnos
capparis
centaurium maius
centunculus
ceratia
chalcanthum
chalcitis
chryſocome
chryſocolla
cichorium
cinnabaris
ciſtus
clymenum
colymbades
condrylla
corallium
coriandrum
cornus
coronopus
crocus modicè
cupreſſus
cynosbatus
cyperus
Diphryges

Dracunculus maior
Driopteris
Ebur
elatine
Ephemerum alterum
equiſetum
eupatorium
Fæx vini
ferula
filix
fumaria
Gallæ
gingidium
glandes
glãsunguẽtaria
glycirrhiza
gnaphalium
granũ infectoriũ
gipſum
Halimos
hedera
hedyſarum
helxine
hemerocallis
hemionitis
hieracium
hyacinthus
hypociſthis
Intibus
Iſatis
Iſopyrum
Iuglans
Iuniperi baccę
Ilex
Labruſca
ladanum
lapis Armeniꝰ
lapis phrigius
lapis hęmatites
lapis ſciſſilis
lapis oſtracites
lapis magnes
lapis Geodes
lens
lentiſcus
leporinus pes
liguſtrum
limonium
lotus arbor
lycopſis
lycium
lyſimachia
Malũ punicum
macer
malicorium
malũ cotoneũ

Mala

Mala ſilueſtria
mala perſica
mal abathrum
manna thuris
malum
maſtiche
medium
melilotum
melanteria
mentha
meſpila
miſi
morus
muſcus
muſcus marin⁹
mirtus
Nardus omnis
Nymphæa
Ochra
olea ſilueſtris
oleum acerbũ
oloſtium
Omphacium
oryza
oxyacantha
Paliurus
palma
pæonia
Perſea
perſonata
phœnix
phu
phylliris
picea
pinus
pirus ſilueſtris
plantago
plũbarius lapis
plumbũ elotũ
poligonatum
poligonum
polipodium
portulaca
potamogeton
pruna ſilueſtria
pſoricum
punica mala
Quercus
Radix Idea
radix rhodia
recremẽtũ plũ.
recrementum
argenti
rhaponticum
rhus, roſę
rubia

Rubri-

Rubrica siponica
rubrica fabrilis
rubus
rubus Idæus
rumex
Sal
Salis ſpuma
saluia
salix
scordium
sedum maius
sedum minus
sentis canina
sideritis
siser
solanum
solanum ueſicarium
sori
sonchus
spina alba
spina arabica
spodium
squama æris
stibium
stœchas
stœbe
stratiotes
symphytum petræum
symphitum magnum
Tamarix
Terebinthus
Terra lemnia
Terra erethria
Terra cimolia
Terra pinguis
Terra melis
Tilia
Tomentum
Tragium alterum
Tragoriganum
Tragos
Tribulus
Thuris cortex
Thus
Veneris vmbilicus
Verbaſcum
Vitex
Vitis alba
Vitis nigra
Vitis vinifera
Vlmus
Vinacei
Vua acerba, &c.

## *De medicamentis conſtringentibus, Cap. 3.*

COnſtringentia ſeu cõtrahentia ſeu obſtruẽtia medicamenta craſſæ ſunt eſſentię, hiãtia uaſorum ora concludunt, exiguoſq; meatus non ſubeunt, ſed foris incumbunt frigida ſunt temperie, & ſubſtantiam habent terreſtrem craſſarum partium: cuiuſmodi ſunt

Acacia
Arbutus
Aes uſtum
Agreſtis olea
Alumen
Atramentum ſutoriũ
Balauſtium
Chalcitis
Empetron
Flos æris
Flos ſalis
Galla
Glandes
Glans unguentaria
Lapis gagates
lapis Thracius
lapis morochthus
lyſimachia
Malicorium
Meſpila
melanteria
miſy
myrtus
myrtidanum
Nitrum
Palma
Pinus
Pinaſter
Quercus
Rubus
Sorbus
Sori
Spina alba
Spina Arabica
Squama ęris
Strucia cydonia
Spongię, &c.

De me-

## *De medicamentis aperientibus, Cap. 24.*

APerientia ſeu Anaſtomorica medicamenta vaſorum oſcula aperiunt. Itaque cõtraria ſunt medicamentis conſtringentibus aperientia, quæ natura ſunt calida, acri, atq; mordaci, tum craſſarum inſuper partium: vt

Abſinthium
abrotonum
acorus
adiantum
agaricus
aloe
allium
amaracus
ammi
anthemis
apium
ariſtolochia
artemiſia
aſarum
aſparagus
aſplenum
aſphodelus
amigdalæ ama
Betonica
Braſſica

Calamintha
cancamum
capparis
cæpa
carduus
carpeſium
cẽtauriũ maius
centauriũ mi.
chamædris
chamæpitis
cicer rubrum
cichorium
cinnamomum,
coſtus
crithmum
cuſcuta
ciclaminus
Daucus
Eupatorium
Eringium

Fœni-

Fœniculum
Fel taurinum
Gentiana
Hiſſopum
Iris
Iuniperus
Laurus
laurus
libanotis
lichen
liguſticum
Marrobium
meliſſa
melopeponũ ſe
mẽtaſtrũ (men
meum
myrrha
Napi ſemen
nardus vtraque
nigella
Ononis radix
oleum irinum
oleũ amaraci-
origanũ (nũ
oxylapathum
Paſtinaca ſilue
ſtris
petroſelinum
peucedanum
piſtacia
polium
pulegium
Raphanus
rhaponticum
rhabarbarum
roſarum ſuccus
roſmarinum
rubia
ruſcus
Sabina
scilla
scordium
sphondilium
sinapi
sium
smyrnium
squinanthum
sulphur
Thimus
Thimbra
Trichomanes
Verbenaca
Vrtica, &c.

De me-

## *De medicamentis diſcutientibus, Cap. 25.*

MEdicamenta diſcutientia calida ſunt cum ſubſtantiæ tenuitate: vt ſunt

Abrotonum
Acanthus
Adiantum
Althea
Ammi
Anagyris
Androſaces
Anetum
Aniſum
Anthemum
Aparine
Apium
Apiaſtrum
Apocynum
Argemone
Ariſtolochia
Aſclepias
Aſphodelus
After Atticus
Atriplex
Beta
Bdelium
Bitumen
Braſſica
Bromus
bupthalmum
butyrum
bryonię radix
Cannabis
capparis
Chamęmelum
carum
Caſia
Caſeus uetus
Caſtoreum
Caucalis
Cedrus
Cera
chamæleõ alb. & nig.
Chamæpitys
Chamæſyce
Chelidonium maius
Chryſanthemum
Cicer
Cytiſus
Clinopodium

Coagulum

Coagulum
colus ruſtica
coriandrum
crocodilium
cucumis ſylu.
cyclaminus
ciminum
Daucus
Dictãnus creticus
Ebulus
Elaterium
Erui farina
Fæx
Furfur
Fœnum græcum
Galbanum
Galiopſis
Geranium
Gladiolus
Guta ammoniaca
Halcyonium
Harundo
Hauena
Hemorocallis
Hordei farina
Hydropiper
Iaſminum
Iris
Iſatis satiua
Iuglandes
Lacca
ladanum
lampſana
lanaria herba
lapis phrigius
lapis pyrites
lapis gagates
lapis thracius
lapis alabaſtr.
leontopetalum
leucas
libanotis
liguſticum
liguſtrum
lilij folia
lini ſemen
lolium
lupinorũ fari:
lycium
Malua
marrubium
melilotum
mentha
meum
mercurialis
moly

Muſcus
Naſturtium
nepeta
nerium
nigella
nitrum
nitri ſpuma
Ocymum
oculus bouis
oleum vetus
oleum ricininũ
oleum raphaninum
oleum melanthinum
oleum picinum
oleum anethinum
oleum chamæmeli-
num
oleum rutaceũ
oluſatrum
onobrychis
origanum
Paliurus
panax
pancratium
paronychia
perſonata
petroſelinum
peucedanum
piper
pix liquida
pix ſicca
pix zopiſſa
pinguedo ouis
pſeudobunium
ptarmica
pycnocomum
Quinquefoliũ
Radicula
radix rhodia
rhamnus
raphanus agre-
[ſtis
reſina
ricinus
rotũdus iuncus
rumex
ruta
ruta ſylueſtris
ſabina
ſagapenum
ſal
ſalis ſpuma
ſalis flos
ſambucus
ſampſuchum
ſandaracha
ſcammonium

ſene-

| | |
|---|---|
| Senecio | Tragium |
| ſeſamum | Terebinthina |
| ſiſymbrium | Tragoriganum |
| ſium | Trichomanes |
| ſmyrnium | Veneris vmbil. |
| ſpongiæ | Verbaſcum |
| ſtyrax | Viſcum |
| ſtæchas | Vitis |
| ſtercus omne | Vrtica |
| Terra cimolia | Vua |
| Terra pinguis | Xyris |
| terra ampelitis | Xanthium |
| Teſtæ ma. lotæ | Zingiber, &c. |
| Thapſia. | |

## De medicamentis condenſantibus, Cap. 26.

CONdenſantia medicamenta frigida planè ſunt, non tamen terreſtris eſſentiæ, neque aereæ, ſed potius aqueæ, cuiuſmodi ſunt

| | |
|---|---|
| Aqua frigida | Tribulus viridis |
| Semperuiuum | Pſyllium |
| portulaca | Lenticula paluſtris |
| Mandragora | Altercum |
| Cicuta | Papauer, &c. |

## *De medicamentis rarefacientibus, Cap. 27.*

RArefacientia medicamenta condenſantib. planè contraria ſunt: calida enim ſunt modicè & minimè ſicca, tenuiumq; partium. Proinde diffundunt, laxant, & cutis meatus dilatant: vt ſunt

Adiantum
Althea
Anetum
Abrotonum
Chamęmelū
Fęnūgræcū
Farina hordei
Farina erui
Farina tritici
Lini ſemen
Mercurialis
Melilotum
Oleum chamæmelinū
oleum vetus
oleum cicininum
oleum raphaninum
oleum ex cucum ſyl.
oleum ex althea, &c.

## *De medicamentis extollentibus, Cap. 28.*

EMollientia ſiue Malactica medicamēta modicè tū calida tū ſicca eſſe conuenit: ſed ſatis eſt, vt ſecundi, aut tertij ordinis ſint excalfacientium, primi exiccantiū. Sed & his nō ſecus ac pus mouentibus, emplaſtica vis, hoc eſt, poros illinendi ineſſe conuenit. Cęterùm quanto maiorem euacuandi facultatem habere debēt, tantò vtique minus etiam meatus illitu obſtruere:

ſtruere, ne actio impediatur: vt ſunt

Acanthus
adeps omnis
althea
ammoniacum
amurca
anthemis
aqua tepida
atriplex
Bdellium
beta alba
bitumen
braſſica
bugloſſum
buphtalmus
butirum
Cera
cępa cocta
ceruſſa
cucumis ſylueſtris
colophonia
cydoniorum ſemen
crocus. cupreſſus
Ficus ſiccę
Fœnumgræcum
Galbanum
Hemorocallis
Hippogloſſum
Iris
Lac
ladanum
lana ſuccida
laurus
lilium
lini ſemen
lithargyrum
loti ſyl. ſemen
Malua
maſtiche
medulla ceruina
medulla vitullina
mel
melilotum
Nigella
Oeſippus
oleum oliuarum
oleum amyg. dulcium
opopanax
Pancratium
phaſelus
pix arida
plumbum vſtum
pſyllij ſemen
Reſinę omnes
Sapa

| | |
|---|---|
| Scilla | Viola purpurea |
| Seſamum | Vlmi radix |
| Stercus bubulum | Vuæ paſſæ |
| Stirax | Viſcum, &c. |

## *De medicamentis indurantibus, Cap. 29.*

INdurantia ipſis emollientibus planè ſunt cõtraria. Sunt enim frigida & humida, veluti ſemveruiuum, portulaca, pſillium, lenticula puluſtris, ſolanum, &c Similiter ſi quid ſimul refrigeret, & deſiccet, & ipſum plane indurabit, at non propriè. Nam congelatione potius quàm euacuatione durum efficitur corpus. Sin quid quòd innatam humiditatem non continet, induratum eſt, id ſiccum aptius quam durum dicemus: conſtatq; eius ſanatio rigatione, & humectatione, non emollitione. Sicuti tenſio, laxatione curatur, laxatio tenſione. Duritiem verò ſequitur tenſio, mollitiem laxatio.

## *De medicamentis laxantibus, Ca. 30.*

MEdicamẽtorũ laxantiũ nõ una eſt ſpecies, ſed tot, quot tenſionũ. Tẽnſianẽ aũt expetiũtur, q̃ pfrictionũ iniuriis patuerũt, aut ariditate rigent, aut inflammationibus obſidẽtur, aut duritia tumentes occaleſcunt, aut carnis copia

partes

partes quibuſdã, non ſecus, ac in phlegmonis, extuberãt. Idcirco non etiã ſimpliciter una eſt ſpecies laxantiũ remediorũ. ſ. cum alia humectando, alia calfaciendo, alia uero emolliendo, quædam uacuando, nonnulla tumores p̄ternaturã purgãdo, alia ꝑ horũ cõiugationẽ quãpiam agẽdo laxare cõſueuerint. Porrò laxitatem ſentiunt ligamẽta, tẽdones, cutis ipſa, eiq; ſubditi muſculi, cùm copioſo humore imbuuntur.

---

## *De medicamentis abſtergentibus, & detergentibus, Cap. 31.*

ABſtergentia medicamẽta calida craſſarũq. partiũ eſſe debẽt, cuiuſmodi ſunt oĩa amara, uel nitroſa, quæ craſſos viſcoſoſq; humores abſtergere ualent: ex quorum numero ſunt.

Abſinthium
Abrotanum
Acorus
Aeris ſquama
Aerogo. Agaticus
Alyſma. Aloe
Amygdalæ amarę
Anthyllis
Antirrhinum
Aparine
Apiaſtrum
Arction
Argemone
Argenti ſpuma
Ariſtolochia rotunda & longa
Arum. Aſarum
Aſparagus
Aſphodelus
Atramentum ſutoriũ
Atriplicis ſemen
Batis

Beta
Bdellium
Braſsica
Buccina
Bulbus eſculentus
Cadmia
canchamum
cappatis
capnos
cardamomum
centaurium minus
cæpa
chamædrys
chamædaphne
chamæleon
chamælea
chamæpirys
chamæſyce
chelidonium maius
chondrylla
chryſocolla
cicer
cinis ſarmentitius
cinnamomum
clinopodium
colocynthis
conyza
concula indica
Coſtus
crocomagma
cucumis ſatiuus
cucumis ſylueſtris
cyclaminus
Diphyges
dracunculus major
dulcis radix
dryopteris
Ebenus
elaterium
eliotropium
equiſetum
eruum
eupatorium
euphorbium
Faba
fel
Fæx
ficus
filis
flos æris
fœniculum ſyl.
fœnumgræcũ
fumaria
Gentiana
Glans unguentaria
Glandes

Granum inſectorium
Halcyonium
harundo
hedrea terreſtris
hedyſarum
helxine
hemerocallis
hirundinaria maior
hordeum
hyacinthus
Iaſminum
Iſopyron
Labrum Veneris
labruſca
lactaria herba
lactuca ſylueſtris
lanaria herba
lampſana
lapis Armenius
lapis chalcitis
lapis pyrites
lapis Aſius
lapis oſtracites
lapis ophites
lapis thyites
lapis Arabicus
leuacantha
leucoion
Libanotis
lichen
lilium
lithoſpermon
lithargyrum
lotus ſilueſtris
lupini
lycium
Marum
marrhubium
mel
miſy
mirrha
Narciſſus
naſturtium
nepeta
nigella
nitrum
nitri ſpuma
nymphęa
Oleaſtellus herba
oleum amygd. amar.
oleum balaninum
ononis
onoſina
orminum ſatiuum
orobus
oſyris

Panacis radix
pancratium
papauer corni.
parthenium
phu
piſtacia
pityuſa
pix vtraque
plantago
populus alba
poterium
pulicaris herba
purpura
pynocomum
Quinquefoliũ
Radicula
Ricinus
rubia
Sagapenum
salis ſpuma
scamonium
ſcandix
ſcilla
scordium
sepiæ teſta
ſeſamoides ma
ius & minus
ſideritis

ſiſer
ſiſimbrium
ſiſymbriũ alt.
solaris maior
ſpuma argenti
ſtæchas
ſulphur
Tamarix
telephion
terra ſamia
terra Chia
terra ſelinuſia
terra melia
tithymalus
triſſago
Veneris vmbil.
Veratrũ album
Veratrũ nigrũ
Verbaſcum
Veronica
Viola alba
Viſcum
Vitis alba
Vitis ſylueſtri
Vitis nigra
Vitis vinifera
Vlmus, &c.

MANNA ros eſt, qui herbis, arboribus, & lapidib. interdũ in hærere inuenitur. Præfertur Calabra. Doſis eius eſt à drach. ſex, vſq; ad vncias duas in forma potionis hoc modo: ℞. Mannę electæ ℥. 1. s. vel ℥ 2. Diſſoluat cũ decoctione florũ & fructuũ, fiatque potio, cui adde ſyrupi roſ. lax ℥. 1. Eadem caſſię nigręuim habet flauã enim bilem clementer purgat, daturq; iis, qui certa ratione validius medicamentũ reſpuunt.

MYROBOLANAE citrinę Arabum fructus ſunt. Laudantur multum flauę, in viride inclinantes, denſæ, graues, gummoſæ, corticæ craſſo, os paruum complectẽte. Doſis in ſubſtãtia eſt à drachmis duab. uſq; ad drachmas quique

que: in infuſione uerò à drachmis quinqne vſq; ad viginti. Bilem à uentriculo purgāt, febribus billoſis conferunt. Cauendus tamē eorum uſus in viſcerum obſtructionibus. Corriguntur, cum amygdalis dulcibus, vel paſſulis

SCAMMONIVM ſuccus eſt. Laudatur nitidum, rarum, leue, colore quàm ſimillimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis Datur per ſe à granis quinque ad duodecim. Obeſt cordi, ventriculo ac iecori totius ſubſtātiæ ſuæ proprietate. Corrigitur aniſo, maſtiche, tragacātho, tum calidis, tum frigidis, quæ cordi, iecori, ventriculoq; opem ſuam præſtant. Deijcit bilem ualentiſſime.

SVCCVS roſarum, vel infuſio ipſarum datur ab uncia una, vſque ad uncias duas.

RHABARBARVM radix eſt craſſa. Laudatur Indicū recēs, graue, confractū, ex ruſo & glauco alternans, & croci modo tingens. Corrigitur tertia parte ſpicæ Indicæ, uel cinnamomi. Doſis in ſubſtantia cōiter eſt pondere duarū, trium, aut quatuor drachmarū, cū ſero lactis, uel decocto cichorij, hoc modo. ℞. Rhabarbari electi ʒ. 3. vel 4. Spicæ Indicæ ʒ. j. puluerizentur ſubtiliter, & cū decoctione cicorij fiat potus, cui adde ſyrupi uiolacei ℥. I. In infuſione uerò à drachmis tribus uſque ad ſex, uel decem, pro uirium & ætatis ratione. Hac

ratione

ratione ℞. Rhabarbari electi ℥. 5. uel 6. Squinan thi ʒ 2. miſce puluerizando omnia craſſe, infundere per horas ſeptem in ſufficiente quantite uini odoriferi: deinde fortiter exprime, & cum aqua endiuiæ uel decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde ſirupi roſati laxatiui ℥ 1. Purgat clementer bilem flauam, præcipuè à uentriculo, & hepate: obſtructionesque liberat.

TAMARINDI dactyli ſunt acidi, fructus palmæ ſylueſtris Indicę Probantur recentes, pingues, non retorridi, ex dulcibus acidi, & uinoſo ſapore. Doſis in infuſione uel decoctione ſerilactis eſt ab unciis duabus, uſque ad uncias quinque. Flauam purgat bilem, ſitim reſtinguit, febreſq; acutas ſanat.

SERVM lactis ſiue aqua craſſi, eſt medicina lenitiua & laxatiua Doſis eius eſt ab unciis tribus uſque ad uncias quinque.

## *De medicamentis purgantibus pituitam, Cap. 74.*

EX medicamētis pituitam purgantibus, quibus hodie practicātes utūtur, uſitatiora ſūt:

AGARICVS naſcitur in arborum trūcis, ueluti fungus. Eligendus eſt albus, poroſus, leuis fragilis, leuis, primo guſtu dulcis. Aduerſatur uen-

culo, quòd ſua leuitate emergens enatet. Infrenatur eius malicia, adiecta tertia parte zingiberis, vel ſalis gemmæ. Sumitur autem in ſubſtantia, vel in infuſione. In ſubſtantia doſis eſt à drachma una uſque ad duas, hoc modo: ℞. Agarici opt. ʒ 1. ſalis gemmæ, vel zingiberis ʒ 1 puluerizētur, & cum decoctione florū & fructuum fiat potus, cui adde Mellis roſati colati ʒ 1. Vel ſic: ℞ Agarici electi ʒ 1. ſalis gemmæ ʒ 1. cinnamomi parum, miſce & fiant pilulæ, vel puluis. In infuſione verò doſis eſt à ʒ 2. vſq; ad quinq; hoc modo ℞. Agarici electi ʒ 2. uel 3. zingiberis ℈ 2. uel ʒ 1. puluerizentur, & infundantur per horas 7 in ſufficiente quantitate oxymellitis ſimplicis: fiat omnium fortis expreſſio, & cū decoctione florum & fructu fiat potus, cui adde mellis roſ. col ʒ 1 Purgat pituitam craſſam, lentam, putridam, & bilem flauam, &c.

MECHOACHA, radix eſt Indica, quā aliqui Rhabarbarum albū appellant. Sumitur in ſubſtantia tantùm, ſcrupulorum duorū, vel drachmæ unius pondere cum brodio carnis, uel uino abſynthiaco, uel dulci odorifero hoc modo ℞. Rhabarbari al ʒ. 1. Gentianæ ʒ 1. Cinnamomi ℈. s. Fiat puluis, & cum hauſtu uini abſynthiaci ſumatur tribus horis ante paſtum. Purgat pituitam & aquoſos humores ſine moleſtia. Cōfert dolori capitis diuturno, febribus,

bribus, colicis, hydropicis, & aſthmaticis, &c.

TVRBITH laudatur vacuum, arundinoſum, fragile, & plani corticis turbith, gummoſum & albidum. Doſis in ſubſtantia, perinde atque agarici eſt. Datur cum melle roſaceo, vel paſſularum decocto. Eodem etiam modo in infuſione. Correctio eius pars tertia zingiberis eſt. Purgat lentam, & craſſam pituitam longis morbis medetur: apoplexię, epilepſię, inſaniæ & furori, &c.

CNICI, ſeu Cartami ſeminis doſis eſt à drachmis tribus vſque ad aur. quinque. Datur cum aqua mulſa, vel iure gallinaceo, vel ptiſanæ cremore. Pituitam purgat: ſed ſtomacho aduerſatur.

COLOCYNTHIS eſt cucurbitæ ſilueſtris fructus. Huius medulla in vſu eſt. Eligenda autem eſt candida, & recens. Corrigitur maſtiche, zingibere, cinnamomo, caryophyllis, tragacantho, vel bdellio. Datur ſaltem robuſtis ſcrupulus cum aqua, mulſaue, quatuor obolorum pondere. Pituitam, bilem humoremque mucoſum purgat: confert cephalalgiæ, hemicraniç, epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, podagrę, coxendico dolori, adſthemati, tuſſi, & ſpirandi difficultati, &c.

HERMODACTILVS radix eſt officina nota. Probatur plenius, candidus, grauis, non

carię

carie affectus. Datur drachmæ unius pondere, aut paulò plus minuſue pro ſumentis viribus, cum melle roſaceo, vel oxymellite ſcillitico. Corrigitur cinnamomo, maſtiche, zingibere, aut pipere longo. Pituitam craſſam à iuncturis trahit, &c.

ELATERIVM, cucumeris ſylueſtris ſuccus eſt. Doſis à granis decem vſque ad drachmã dimidiam cum lacte Pulueris radicis eius à gr. 5. ad ℈ 5. Aquæ decoctionis radicis a ℈ 2. vſque ad 4. Corrigitur tragacantho, vel bdellio, vel maſtiche. Datur quoque elaterium in forma pilularum hoc modo: ℞ Elaterij ℈. 1. maſticis ℈ 5. cum ſyrupo de mẽtha fiant pilulæ. Dentur duæ vel tres ad ſummum. Purgant pituitam, bilem, & aquam.

MEZAEREI ſiue Tymeleę doſis eſt à ℈ 5. vſq; ad ℈ 1. in decoctionibus In puluere verò á Kiratis 2. vſq; ad 5. Malitia eius frãgitur, ſi per diẽ in acetũ infundatur. Porrò pſillij mucilagine extinguitur, vel portulacæ, vel endiuię ſucco

EVPHORBIVM gumi eſt. Doſis a Kirato 1. uſque ad 3 Alij verò a granis quatuor, vſque ad duodecim. Corrigitur autem aniſo, maſtiche, & ſpica. Datur ex aqua mulſa. Præſtat autem cum melle cocto in pilulas digerere. Pituitam & aquam ſubducit: medetur colicis, & aliũ frigidiorem habentibus.

O MY-

MYROBOLANA Chebula pituitam detrahunt. Doſis in ſubſtantia eſt à drachmis duabus, vſque ad drachmas quatuor: in infuſione verò à drachmis quatuor vſque ad decem. Teruntur autem cum amygdalis dulcibus vel paſſulis, &c.

MYROBALAN. emblicorum doſis in ſubſtantia eſt ab aureis duobus vſq; ad aureos tres, in infuſione verò ab aureis tribus vſque ad ſex Pituitam trahunt, proſunt neruis, & veternoſis, mentis aciem exacuunt, ventriculum purgant, &c.

MYROBALAN. Belliricorum doſis perinde eſt, vt emblicorum & citrinorum: eiuſdemque quaſi naturæ ſunt, vt emblica, &c.

OPOPANAX ferulæ liquor eſt Optimus qui intus albus eſt, foris flauus, amarus, fragilis, odoris boni Datur à drachma vna ad duas. Corrigitur maſtice, & ſpica. Purgat pituitam craſsã & lentã à cerebro, neruis, thorace, & iũcturis.

SERAPINVM, vel Sagapenũ ferulaceæ herbæ ſuccus eſt. Eligitur faluum, intus album, acre. Datur à drachma ſemiſſe ad drachmam vnam cum aqua rutę vel enulæ. Purgat pituitam, humores craſſos & lentos, & aquas a ventriculo. Corrigitur maſtiche & ſpica, &c.

## *De medicamentis atram bilem purgantibus, Cap. 75.*

COLVTEA ſiue Sena eligenda eſt Alexandrina, foliis viridibus, ſubalbidis, & tenuibus. Doſis pulueris drachma una: in infuſione verò vel decocto vncia ſemis. Corrigitur Zingibere, &c. Purgat bilem atram, tum flauã pituitam citra noxam.

EPITHYMVM datur in puluere ſcrupulorum quinque aut drachmarum duarum pondere cum paſſo uel oxymellite: in decoctione verò a drachmis quinque ad viginti vſq; Non detur æſtate, & parum coquatur. Corrigitur adiecta tertia parte ſalis gemmę, vel ſalis Indi: & oleo amygdalarum incorporetur, & exhibeatur cum decoctione myrobalanorum Indorũ, mellis & paſſularũ. Atram bilẽ purgat, vitijs flatu turgentib. & hypochõdriorũ noxis opitulatur.

ELEBORVS niger radicẽ habeat bene nigram, corpulentam, plenam, acrẽ. Doſis pulueris à ſiliquis ſex vſq; ad ſcrupulum unum, vel duos cum paſſo, uel oxymellite. Corrigitur cinnamomo, fœniculo, aniſo, maſtiche, paſſo, & oxymellite. Atram, flauamq; bilem è toto corpore trahit, nec tamẽ citra vllam difficultatem.

FVMVS terrę humorem melancholicum euacuat. Succi doſis non debet tranſcendere

vncias duas: Decoctionis verò eſt ab vncijs tribus ad uncias quinque uel ſex. Corroboratur tamen in operatione dando ipſum cum ſero lactis; & cum decoctione paſſularum, & cum ſucco abſynthij, &c.

MYRABALANA Inda atram bilem detrahunt. Doſis in ſubſtantia eſt à drachmis duabus ad drachmas quatuor: in infuſione, à drachmis quatuor: vſque ad decem.

LAPIS Armenius præparari ſup lapide, vel in mortario debet. lauatur vicies cũ aqua, & terendo lauatur decies cũ roſarum aqua. Administratur, cum diaborraginato, vel aqua buglossæ, vinoq; odorifero. Dantur ſcrupuli quatuor, aut paulò plus, minuſue pro ſumentis viribus. Atram bilem, & omnem lentum craſſumq; humorem educit, citra omnem moleſtiam.

LAPIS Lazuli ſeu Stellatus ſicut lapis armenius præparari debet Doſis abluti drachma una uſque ad duas eſt Corrigitur vt lapis armenius. Purgat melancholiam egregiè, ſed magis turbat armenio lapide.

POLYPODIVM probatur quercinum, recens, dulce, auſterum. Corrigitur aniſo, zingibere, caryophyllis, & cinnamomo. Doſis à drachmis duabus ad aureos quatuor, cum aqua mulſa: mediocriter verò aluum ciet, & citra moleſtiam, tum in gallinaceo iure, tum in cremore

ptiſana

ptiſan ę cocta radix. Bilem atram & pituitam extrahit. Hæc de medicamentorum qualitate nobis ſufficiant, reliquum nunc eſt, vt de remediorum qualitate, loco, & tẽpore agamus, exordium à remediorum quantitate ſumentes.

## De remediorum quantitate, C. 76.

LIcet præcedentibus tribus capitibus de purgantium doſi in ſpecie aliquid dixerimus; hic tamen etiam, de remediorum quantitate in vniuerſum agendum eſſe videtur. Niſi enim iuſtam remediorum quantitatem obſeruauerit Medicus, parum aut nihil in praxi proficere videbitur. Eſt itaque Medico remediorum quantitas maximè neceſſaria. Non enim omnibus vna eademque medicamenti menſura conuenit, ſed pro diuerſa ratione, complexionum, partium lęſarum, morborum, virium, ætatis, temporis, & conſuetudinis augenda, vel minuẽda eſt. Natura namque calidiores magis calefaciendi: frigidiores minus: ſicciores uerò magis quàm humidi ſiccandi ſunt. Quod ad partes lęſas attinet, nobiliores, cuiuſmodi eſt cor cerebrum, hepar, & ventriculus, minus ac blandius medicamentum expoſcunt: ignobiliores verò, ut oſſa, cartilagines, crura, &c. maius, ac vehementius

medicamentum deſiderant. Sic quoq; partes in ſuperficie poſitæ, minus: quæ verò in alto abſcõditæ ſunt, maius medicamentum efflagitãt. Porrò morbi quoq; tum qualitas, tum quantitas medicamentorum quantitatem immutant. Siquidẽ maligni, & magni morbi, maius: benigni uerò, & parui, minus medicamentũ poſcũt. Eadem ratione virtus valida, maius; imbecillis verò minus remedium admittit: nec pueri tã maxime, ſicuti adulti medicamenta tolerant. Prætęrea tempora tum morbi, tum anni minimè negligenda veniũt. Nam in morborum principio, minus medicamentum offerendũ eſt, niſi materia turgeat valdè: in augmento, & vigore adhuc minus pharmacum dandũ, in declinatione verò maius præbendum eſt. Sic quoque ver, & autumnus, maius expoſcunt remedium: hyems verò & ęſtas, minus. Eadem ratione, regio temperata, maius: intemperata verò, minus medicamentum feret. Rurſus conſueti maius, inſueti minus remedium efflagitant. Quapropter & natura tum corporis, tum partium, nec nõ morbi qualitas, & quantitas, & virium robor, & ętas, tempuſq; tum anni, tum morbi, & conſuetudo, circa remediorum quantitatem maximè perpendenda ſunt. Vtrum autem ſemel vel bis medicamentum ſit exhibendum, indicabit nobis tum virtus, tũ morbi quãtitas & locus affectus.
Siqui-

Siquidem natura ſeu, virtus ualida, rarius: imbecilla, frequentius medicamentũ admouendum eſſe indicat. Sic morbus diuturnus, frequentius breuis uerò, rarius medicamentũ exhibendum eſſe inſinuat. Ad eundem modum affectus in ſuperficie corporis, rarò: in profundo verò, in quem medicamenta non facilè penetrant, frequenter remedium admouendum oſtendit.

---

## *De remediorum loco, Cap. 77.*

VBi autem & quibus partibus remedia ſint aptanda, ipſe locus affectus indicabit. Partibus namque externis (quo ſenſui oculorum ſubijciuntur) affectis, forinſecus medicamenta applicanda ſunt. Internis verò læſis partim per ea quæ intrinſecus ſumuntur, partim per ea, quę forinſecus apponuntur, ſuccurrimus. Porrò in alterando, caput remedia cephalica: cor, cordilia: pectus, pectoralia: ſtomachus, ſtomachica hepar, hepatica: lien, ſplenitica: vterus, vterina medicamenta eflagitat. In euacuando, verò, cerebrum per palatum, nares, & aures purgatur. Sic uenter vomitu, deiectioneq; inanitur. Inteſtina deiectione tantùm, ſicut iecinoris caua. Pectus, & pulmo, per tuſſim. Renes verò, & iecinoris gibba, & veſica, ſi multo uitioſo ſucco ſint referta per deiectiones, & pharmaca

deiectoria expurgantur: ſin modico fuerint referta, per vrinarios meatus. Verus per clyſteres vel peſſos euacuatur, &c.

## *De remediorum tempore, Cap. 78.*

POrrò in remediis adhibendis, tempus oportunum maximè conſiderandum venit: id autem indicabit nobis morbi tempus tum vniuerſale, tum particulare. Siquidem in febrium principio, augmento, & ſtatu, alterantibus, & cõcoquentibus utendum eſt medicamentis, niſi materia turgeat, & venenoſa ſit: in declinatione verò euacuantibus. Sic quoq; in tumorum principio repellere commode licebit: In augmẽto verò repellere, & reſoluere ſimul: in ſtatu, reſoluere tantùm & diſcutere conueniet. Ad eundem modum in acceſſionum principio, vomitum prouocare licebit: in augmento, & ſtatu; quieſcendum omnino erit: in declinatione verò concoquentibus, euacuantibus, & corroborantibus vti non erit inconueniens Sed hęc de medicamentis ſimplicibus nobis ſufficiant, ad compoſitorum tractationem nunc transeundum eſt.

PRA-

# PRACTICAE GENERALIS LIBER V.

## *ARGVMENTVM.*

Præcepta tradit, quę ad compoſitiones medicamentorum, tam eorum quæ intrinſecus ſumuntur, quàm quæ corpori extrinſecus admouentur, attinent.

Eius capita hæc ſunt:

*De Syrupis,* *Cap* 1.
*De Syrupis concoquentibus bilem flauam,* *Cap*.2.
*De Syrupis concoquentibus pituitam,* *Cap*.3.

*De ſyrupis concoquentibus atram bi lem,* Cap.4.
*De ſyrupis digerentibus humores mi xtos,* Cap.5.
*De ſyrupis laxantibus,* Cap.6.
*De iulapijs,* Cap.7.
*De eligmatis,* Cap.8.
*De rob,* Cap.9.
*De decoctis,* Cap.10.
*De decoctis alterantibus,* Cap.11.
*De decoctis alterãtibus, ſimul & pur gantibus bilem flauam,* Cap. 12.
*De decoctis alterantibus & purgan-tibus pituitam,* Cap.13.
*De decoctis alterantibus & purgan-tibus melancholiam,* Cap.14.
*De decoctis alterantibus & purgan-tibus humores mixtos,* Cap.15
*De infuſionibus,* Cap.16.

De infuſionibus purgãtib. bilẽ, C. 17.
De potionibus purgantibus, in ſubſtã tia ſumptis, Cap. 18.
De medicinis lenientibus, Cap. 19.
De medicinis ſolutiuis, Cap. 20.
De potionib. purgantib. partim infuſis, partim in ſubſtãtia sũptis, C. 21
De bolo purgatorio, Cap. 22.
De pilulis, Cap. 23.
De pilulis purgantibus bilem flauam, Cap. 24.
De pilulis purgantib. pituitã. C. 25.
De pilulis purgantibus melancholiam, Cap. 26.
De clyſteribus, Cap. 27.
De clyſteribus alterantibus, Cap. 28.
De clyſteribus purgantibus, Cap. 29
De ſuppoſitorijs ſiue glandib. C. 30.
De peſſis, Cap. 31

*De errhinis* Cap.32.
*De caput purgijs,* Cap.33.
*De ſternutamentis,* Cap.34.
*De apophlegmatiſmis,* Cap.35
*De gargariſmatis,* Cap.36
*De Trochiſcis,* Cap.37.
*De collyrijs,* Cap.38.
*De electuarijs,* Cap.39.
*De tabulis & rotulis,* Cap.40.
*De Trageis, ſiue tragematis* Cap.41.
*De pulueribus,* Cap.42.
*De pulueribus purgantibus* Cap.43
*De dentifricijs,* Cap.44.
*De pomis odoratis,* Cap.45.
*De ſuffimentis,* Cap.46.
*De linimentis,* Cap.47.
*De vnguentis,* Cap.48.
*De fomentis,* Cap.49.
*De epithematibus,* Cap.50.

*De ſacculis,* Cap. 51.
*De cataplaſmatis,* Cap. 52.
*De emplaſtris,* Cap. 53.
*De cerotis,* Cap. 54.
*De ſcutis,* Cap. 55.
*De embrochis,* Cap. 56.
*De balneis,* Cap. 57
*De collutionibus, ſeu ablutionibus,* Cap. 58.
*De ponderibus, & menſuris,* Cap. 59

PRA-

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER V.
### *De Syrupis, Cap.* I.

SVperiore libro ſimpliciũ medicamentorum præcepta tradidimus, reliquum nunc eſt, vt compoſitorum, tam intrinſecus ſumendorum, quàm forinſecus adhibendorũ medicamentorũ præceptiones doceamus, à syrupis digeſtiuis originem ducentes. Itaq; syrupus digeſtiuus eſt potio alterans humores corporis in qualitate. Conficiuntur ex aquis diſtillatis, & syrupis ſimplicibus, & compoſitis, ita vt syruporũ doſis ſit ab ℥ 1. vſq; ad ℥ 1. s. vel ad ſummũ ℥ 2. aquarũ verò ab ℥ 2. vſq; ad ℥ 3. vel 4 in dupla proportione: exempli gratia: Si Medicus corrigere velit complexionem calidam, dabit syrupi endiuiæ ℥ 1. s. aquæ endiuię ℥. 3. miſce, & fiat potus. Si verò duo ſpectet Medicus, videlicet, ut malã cõplexionẽ alteret, & aperiat, Pro primo dabit syrupũ endiuiæ, cum aqua eiuſdem, pro ſecundo, syrupum Biſantinum cum aqua fœniculi, hoc modo: ℞. syrupi endiuiæ ℥ 1. Syrupi Biſantini ℥ s. aquæ endiuiæ ℥ 2. aquæ fœniculi ℥ 1. miſce. Quod ſi tria uelit efficere Medicus, ammonere cõplexionem calidam, aperire, & incidere pro primo, dabit syrupũ endiuiæ cũ aqua eiuſdem, pro ſecundo Byſantinum cum aqua fœniculi:

culi:pro tertio Syrupũ acetoſum ſimplicẽ,cum aqua acetoſæ,in hac forma: ℞.Syrupi endiuię, Syr.Byſantini,ſyr.acetoſi añ.℥ s. aquarum endiuiæ,fœniculi,acetoſæ,añ.℥ 1.miſce,& fiat pot⁹. Porrò aquæ vt plurimũ ſyrupis ꝓportione reſpõdere debẽt,niſi ꝑꝑ cõplexionẽ malã auferẽdã aliter facere cogatur Medicus exẽpli gratia. Si ordinaret ſyrupum epithymi,aut de ſtœchade,miſcendæ illis erunt aquę frigidę,vt violarũ aut endiuię,vt ſyrupi caliditas corrigatur, quæ omnia pro arbitrio periti Medici fiunt. Cæterũ obſeruandũ quoq; venit,quòd omnib. ſyrupis cordialẽ aliquã aquam cõmiſcere oporteat, vt virtus rectrix cordis cõfirmetur,q̃ in corde non aliter,quã rex in ſuo regno regnat. Sic igitur cõcludamus,ſyruporũ doſim nõ trãſgredi oportere ℥ 1.s.aut ad ſummũ ℥ 2.idq́; raro admodũ:aquarũ verò ℥ 3.&c. Qualitas aũt ſyruporũ ab ipſius morbi cauſa petenda eſt. Siquidẽ bilis,refrigerãtes:pituita, excalfaciẽtes, & incidẽtes: melancholia, excalfaciẽtes & humectantes ſyrupos expoſcit. Sumitur interdũ à morbo,vt cum in obſtructiõe, aperiẽte utimur ſyrupo aliquo. Porrò locus affectus ſyruporũ aquarũq; varietatẽ maximè indicabit. Medicus namq; volens ordinare ſyrupũ, debet ſemꝑ aſſumere aquã ꝓportionata parti affectæ,cui ꝓportionatur ſyrup⁹.verbi gratia:accipiẽs medicinã ſtomachicã

debet

debet aſſumere aquam ſtomachiam: idem in reliquis cenſendum: Exhibentur autem ſyrupi frequenter in aurora, tepidi: interdum etiam veſperi, ubi ſcilicet ſomni conciliandi gratia ſumuntur. Succos corporis purgationi pręparant meatus reſerant, obſtructiones aperiunt, intemperies corrigunt, incidunt; detergunt, &c.

## *De Syrupis, & aquis concoquentibus bilem flauam, Cap. 2.*

SYrupi & aquę digerentes materiam cholericam, in

CAPITE.

| Syrupi | Aquæ. |
|---|---|
| Syrup. Roſarum: | Aqua lactucæ: |
| De Nenuphare. | Nenupharis. |
| De papauere. | Roſarum, &c. |

*Exempli gratia.*

| | |
|---|---|
| ℞. Syrupi de papauere ℥. 1. s. | ℞. Syrup. de papauere ℥. 1. |
| Aquarum | Aquarum |
| Violarum | lactucę |
| Lactucæ | Nenupharis añ. ℥. 1. |
| Nenupharis, añ. ℥. 1. | Miſce, & fiat potio. |
| Miſce & fiat potus. | |

IN

## IN PECTORE.

| syrupi. | Aquę. |
|---|---|
| ſirup. violarum | Violarum |
| ſirup. de iuiubis | Portulacæ. |
| Iuleb. uiolatum, &c. | |

*Exempli gratia.*

| | |
|---|---|
| ℞. syr. violarum | ℞. ſyr. de iuiubis ʒ 1. |
| De iuiubis ana ℥ s. | Iul. violati ℥ s. |
| Aq. violarum ℥ 2. | Aq. portulacæ |
| Miſce, & fiat ſyrup. | Viol. ana ʒ 1 s. |
| | Miſce. |

## IN CORDE.

| Sirupi. | Aquæ. |
|---|---|
| De ſucco accetoſæ | Acetoſæ |
| syr. acetoſitatis citri | bugloſſæ |
| Iulapium roſa-ceum, &c. | borraginis |
| | roſarum, &c. |

*Exempli gratia.*

| | |
|---|---|
| ℞. syr. acet. cit. ℥ 1 s. | ℞. syrupi acetoſ. ℥ 1. |
| Aq. acetoſę | Iulapij roſar. ℥ s. |
| borraginis | Aquar. bugloſ. ℥ 1. |
| bugloſ. ana ℥ 1. | borrag. ʒ 2. |
| Miſce, & fiat potio. | Miſce. |

## IN STOMACHO.

Syrupi.
ſiru. acetoſus ſimp.
ſir. Granatorum
ſirup. roſarum
Iulapium roſaceum
Oxyſaccharum
Miua citoniorum
ſyr. mal. aurãtior. &c.

Aquæ
cotoneorum
Acetoſæ
portulacę
Violarum, &c.

*Exempli gratia.*

℞. ſir. Granatorum
Mal. aurũt. ana ʒ s.
Aq. acetoſæ
Portulac. ana ℥ 1.
Miſce, & fiat potio.

℞. Sy acetoſi ſimp. ℥ i
roſar. ℥ s
Aq. cotoneorũ ʒ 1.
Violar. ʒ 2.
Miſce.

## IN CAPITE.

ſirupi.
ſyrup. endiuię
ſirup. de ſucco endiu.
ſiru. de cichorio, &c.

Aquę
endiuię, Hepaticæ
Cucurbitę, cichorij
Solatri, &c.

*Exempli gratia.*

℞ Syr. de endi ℥ 1 s.
Aq. endiuiæ
Hepatice
cucurbite
ana ℥ 1.
Miſce, & fiat ſirup.

℞ Sir. de ſuc. end. ℥ i
De cichorio ʒ s.
Aq solatri
Cichorij
endiuię ana ℥ 1.
Miſce

De

## *De cõcoquentib. pituitam, Cap. 3.*

SYrupi & aquæ digerẽtes materiam phlegmaticum. IN CAPITE.

| Sirupi | Aquæ |
|---|---|
| ſirupi de betonica | betonicæ, maioranę, |
| ſirup. de ſtœchade, &c. | saluię, roriſmarini |
| | Pço. primul. ueris, &c. |

Exempli gratia.

| | |
|---|---|
| ℞. Syrupi de betonica ℥ 1. | ℞. ſyr. de ſtœch ℥ s. |
| | de beton. ℥ 1 |
| Aquar. saluie | Aq. betonicæ |
| Maioranę | saluię |
| ana ℥ 1 | Primulę veris |
| Miſce, & fiat ſirup. | ana ℥ 1. |
| | Miſce. |

IN PECTORE.

| ſyrupi. | Aquę |
|---|---|
| ſyrup. capill. veneris | capillorum veneris |
| ſirup. de hyſſopo | hyſſopi |
| De praſſio | ſcabioſæ |
| De calamentho | adianthi |
| De glycyrrhiza, &c. | thymi, |
| | Marrubij, &c. |

IN STOMACHO.

| ſyrupi. | Aquę |
|---|---|
| Syr. de mentha | Abſynthij |
| ſir. de abſinthio | Menthę |
| Mel roſ. colatum | Apij |

| | |
|---|---|
| Oxymel ſimplex | Fœniculi |
| Oxymel compoſitum | chamomillæ |
| Oximel ſcillíricê,&c. | rutæ,&c. |

IN HEPATE.

| Syrupi | Aquę. |
|---|---|
| syrup.de duab. rad. | Eupatorij |
| sir. de quinque rad. | Praſſij |
| sirup de eupatorio | Hepaticæ,&c. |
| sirup byſantinus,&c. | |

IN RENIBVS.

| syrupi. | Aquę. |
|---|---|
| Oxymel compoſitum | Naſturtij |
| syr.de duab. rad. | cicerum rubrorum |
| syr.de quinq; rad.&c | erucæ, &c. |

IN MATRICE.

| Syrupi | Aquæ. |
|---|---|
| sirup.de arthemiſia | Archemiſiæ |
| sir. de calaméthо, &c. | Matricariæ, &c. |

IN TOTO.

| sirupi. | Aquę |
|---|---|
| Sirupus biſantinus | Apij |
| Oxymel compoſitum,&c. | fœniculi |
| | chamomilę,&c. |

Exempli gratia.

| | |
|---|---|
| ℞. syr.biſantin ℥1s. | ℞. Oxim.compoſ.℥i |
| Aq.fœniculi ℥2. | Aquæ chamomillæ ℥2. |
| Apij ℥1. | |
| Miſce,& fiat potio. | Miſce pro potu. |

De

## De Syr. cōcoquētib. bilē atrā, C. 4.

Syrupi & aquæ digerentes melancholiam,

### IN HEPATE.

| Syrupi. | Aquæ. |
|---|---|
| syr. de fumoterræ. | Fumiterræ |
| syr. de epithymo | lupulorum, &c. |
| syr. lupulorum, &c. | |

Exempli gratia.

| | |
|---|---|
| ℞. syr. de fumoterrę De epith. an. ℥ 6. | ℞. Syrupi lupulorum ℥ 1. s. |
| Aqu. lupulorum fumiter. ℥ 1. s. | Aquę fumiterræ ℥ 3. |
| Miſce, & fiat ſyrup. | Miſce. |

### IN SPLENE.

| Syrupi. | Aquæ. |
|---|---|
| Syr. de fumoterræ | scolopendrię |
| shr. de epithymo, &c. | epithymi, &c. |

### IN CORDE.

| syrupi. | Aquæ. |
|---|---|
| syr. de pomis comp. | borraginis |
| syr. sabor regis, &c. | bugloſ. Meliſſæ, &c. |

Exempli gratia.

| | |
|---|---|
| ℞. syr. de pomis comp. ℥ 1. | ℞. Syrupi sabor reg. ℥ 1 s. |
| Aq. borraginis bugloſ. an. ℥ 1. | Aq. borraginis ℥ 2. Meliſſæ ℥ 1. |
| Miſce, & fiat potio. | Miſce. |

Nota me non poſuiſſe quę ſanguinem digerunt, quia cùm putrefit, in choleram tranſit: ſufficiat igitur choleram digerentes adſcripſiſſe.

## *De Syrupis digerentibus humores mixtos, Cap. 5.*

SYrupi & aquę digerentes bilem, & pituitam,

IN CAPITE.

℞. syrup de Nenuphare
De betonic. ana ℥ 1 s.
Aqu lactuce
Nenupharis
saluię
Peon. ana ℥ 1 s.
Miſce, & fiat potio pro duabus doſibus.

℞. syr. de papauere
roſarum
de ſtœc. ana ℥ 6.
Aqu. violarum
roſarum
lactucæ
primulæ ueris
maioranæ
roriſm. ana ℥ s.
Miſce, pro una doſi.

IN PECTORE

℞. syr capill. Ven.
Iuiub ana ℥ 6
Aq adianthi
Thymi
Violarum
Portul. ana ℥ 6
Miſce, & fiat ſyrup.

℞. Syr. de hyſſopo
De glycyrrhiza
De iuiub. ana ʒ s
Aq capil. Ven.
Portulacæ
Marrubij
Borra. ana ℥ 6.
Miſce.

## IN STOMACHO.

℞ ſyr. de abſinthio
de mētha ana ℥ ſ.
Acetoſi ſimp. ℥ i.
Aqu. abſinthij
borraginis
Accetoſæ
Cotoneorū ℥ i.
Miſce, & fiat potio.

℞. ſyr. de menth. ℥ ſ.
Granatorū ℥ i.
Aq menthe ℥ i.
cotoneor. ℥ i.
Miſce, & fiat ſyrup.

SYRUPUS PURGANS BILEM, PITUItam, & Melancholiam in hepate.

℞. Sirupi de duabus radicibus
De epithymo
De cichorio ana ℥ ſ.
Aquar. Eupatorij
Fumiterræ, lupulorum
Endiuiæ an. ℥ ſ.
Hepaticę ℥ i

## De Syrupis laxantibus, Cap. 6.

SYrupi laxantes ſimplices ſunt,
Syrupus roſatus laxatiuus
Syrupus violatus laxatiuus
Syr. de floreperſice arboris]
Comp.
Syr. de Cichorio cum rhabarbaro

## De Iulapijs, Cap. 7.

IVlapium ſeu Zulapium eſt Arabum delicatæ potionis genus. Fiunt autem ex aquis ſtillatitiis, & ſaccharo, ad ſyrupi conſiſtentiã coctis. Vſus tempore aqua largiore, nimirum quadrupla dilui ſolent, ita ut ſi Iulapiorum pondus ſit ℥ 3. erunt aquarum ℥ 12. vt infra in formulis patebit. Vtimur his in febribus potiſſimum, aliiſque morbis, tuſſi præſertim, vbi uini vices, quorum abſtinere oportet, ſupplent.

I.

℞. Iul. roſacei
Violari an. ℥ ſ
Aqu. endiuię
Acetoſæ
borrag. an. ℥ 4

I I.

℞. Iulapij uiolacei
Syrupi de glycyrrhica an. ℥ 1.
Aquarum ſcabioſę
Tuſſil ana ℥ 4.
Aquæ hordei coctæ ℥ 4.
Miſce, & fiat iulapus.

III.

℞. Aq. cinnamomi ſtillatitiæ,
borraginis
bugloſſæ
Acet an ℥ 1. ſ.
Iulapij roſacei ℥ 1. uel ℥ 1. ſ.
Margarit. pręparat.
coralli rubr. pręparati.
Fragm. lap. pretioſorum an. ʒ ſ.
Fol. auri N. 3.
Commiſtis ſingulis fiat Iulipelus.

De

## De Eligmatis, Cap. 8.

LInctus ſiue Eligma Græcis, Barbaris Loch:
medicamentum eſt thoracicum, uel pulmo
nicum, linguẽdo, uel lambendo, tandiu in ore
retentũ, vel linguę ſubditũ, quoad paulatim eli
queſcat, tabeſcatue, in ſpiritus meatum deci-
dens potius, quàm deuoretur, per ſe, ex dulci-
bus, tergentibus, ac etiam glutinoſis, interdum
amaris, & acribos conflatũ. Hodie verò cis adij
ciuntur, ſpecies, ſyrupi, & conſeruæ interdum,
ita vt eligmatum doſis ſit ab ℥ s. vſq; ad ℥ 1. ſpe
cierum uerò à ʒ 3. vſq; ad ʒ 1. plus, minuſue.
Cõſeruarum autem ab ℥ 2. vſq; ad ℥ 3. ſyrupo-
rum, quantum ad excipiendum ſatis eſt, ut in-
fra in formulis patebit. Cui nam parti corporis
correſpondere debeãt medicamenta, ipſe locus
affectus indicabit, nimirum thorax, vel pulmo.
Quare his adiicięda medicamẽta ſunt, quæ tho
racis, vel pulmonis uitiis auxiliãtur: cuiuſmodi
ſunt. Diapenidium, diatragacanthum, trochiſci
becchici, ſuccus glycyrrhizæ, tragacanthum,
gummi arabicum, & id genus alia. Qualitas
autem ab ipſo affectu, vel ipſius cauſa deſumẽ-
da erit. Sic aſperæ arteriæ aſperitas, eligmata le
nientia expoſcit: pulmonis vlcera, cõſolidãtis:
intemperies calida, refrigerantia: frigida, ex cal
facientia. Ad eundem modum humores in tho-

race craſſi, attenuātia eſflagitant eligma: viſce ſi, quę uim incidendi & aſtergendi habent, &c Porrò exhibentur quouis tempore, ante & poſt cibum, ſabe quantitate, potiſſimum verò matutino, & veſpertino. Ad pulmonis inflammationem, aſperæ arteriæ aſperitatem, vlcera, ſpiritus difficultatem, anhelationes, tuſſim ex humoris influxu, ac deſtillatione ortum, & eos, qui difficulter glutinoſa excreant, vt præfocari videantur.

I.

℞. Conſeruæ capill. Veneris
hiſſopi ana ℥ I.
Loch de pulmone vulpis ℥ ſ.
Spec diapenidij
diaireos ana ʒ I ſ.
ſyr. de praſſio quantum ſufficit ad excipiendum, fiat loch.

II.

℞. Loch de pino
de pulmo vulpis
ſani & experti
ana ʒ 2.
De ſcilla.
Spec. diapenidij
Diatragacanthi
ana ʒ ſ.
Diaireos ʒ I.
Trochiſc. becchi cor.
ſucci glycyr. ana ʒ 2.
radicu enulæ ℈ 2.
Diacōtij ℈ I.
ſyr. de hiſſopo, vel de glycyrrhiza quantum ſufficit, fiat eligma.

III.

℞. Conſeruæ uiolarū
Nenupharis
ana ℥ I.
loch de papauer. ʒ ſ.
Spec diatragacant. frig. ʒ ſ.
ſir. viol. q. ſ. fiat elig.

De

## De Rob, Cap. 9.

ROb eſt ſuccus fructuum, ignis calore inſpiſſatus, vt aſſeruari poſſit, & eo vti liceat, aut p ſe, aut cũ melle, aut aquis ſtillatitiis ſiruporũ inſtar, & ita Rob doſis erit ab ℥ I. ad ℥ I s. aquarum verò ab ℥ 2. vſque ad ℥ 3. in dupla pro portione, vt infrà in formulis patebit. Differt tamẽ rob à ſirupo, vel decocto: quòd ſyrupus fiat ex medicamentorum ſimplicium decoctione, addito melle, vel ſaccharo: rob uerò ex herbarũ ſuccis, igne, vt antea dictum inſpiſſatis. Porrò rob in materia pituitoſa, & melãcholica fortioris operationis eſt, quàm ſirupus, vel decoctũ. Quoniam in ſucco fortior operatio, quàm in decoctione eſt. Siquidẽ ex decoctione partes ſubtiliores exhalãt, in ſucco uerò remanent. In materia autem calida, ſirupus & decoctum præſtantiora ſunt, quàm rob. E contra vero in gargariſmis magis laudatur rob quàm ſyrupus, quoniam fortioris eſt uirtutis ad attrahendum, & ſubtiliandum, &c. Cęterùm cum rob ſimiles cum ſirupis virtutes obtineant, poterũt quoqi propter eaſdem intentiones, propter quas exhibentur ſyrupi, dari, & exhiberi, & eadem hora, & eodẽ tẽpore. Porrò rob etiam cum aliis medicamentis, cum ſimplicibus, tũ compoſitis exhiberi poterunt, vt in formulis uidere licebit.

I. R.

I.

℞. Rob è riberis
è nucibus
Miuæ citonio-
rum an. ℥ s.
Aq. Acetoſæ
Plantaginis
Fragorũ an. ℥ 1.
Miſce, & fiat potio.

II.

℞. Rob è ribes
Diamoron
ana ℥ s.
Conſeruæ roſ. antiq.
Diaciton. ſimplicis
Miuæ coroneorum
ana ℥ s.
conſolidæ maioris
halauſtiarum
Trochiſcorum è ſpo-
dia
Trochiſc è terra ſigil
lata ana ʒ 1.
Cum ſyrupo myrtino
q. ſ. ad mellis conſiſtẽ
tiam, fiat rob.

## De decoctis, Cap. 10.

DEcocta, Græcis apozemata, latinis syrupi lõgi, & magiſtrales dicũtur, ſunt potiores non ad ſyrupi conſiſtentiam decoctæ, ſed dilutæ. Fiunt ex folijs, floribus, radicibus, fructibus, ſeminibus, corticibus, lignis, interdum etiam ſuccis. Coquuntur autem hęc ex aqua fontana, vel plauia. Foliorum autem quantitas manipulos quinq; ad ſummũ: flores pugillos quatuor radicum vncias tres, ad ſummum quinq; ſeminum drachmas quatuor, aut ſex nõ excedat. Aquę menſura rarò libras duas, vel ad ſummum tres ſuperet. Coquũtur autem omnia in olla vitreata

treata ad tertias, interdum ad dimidiæ partis conſumptionem: poſtea colo transfunduntur; adiecta interdum ſacchari conuenienti quantitate, vt delicatius reddatur decoctum, & cum oui albumine clarificatur: & pro qualibet vna doſi decocti ℥ 1. ſyrupi cõuenientis commiſcetur. Adduntur etiam interdum decoctis medicamenta purgãtia, vbi diligenter ad pondus purgantium medicamentorum reſpiciendum eſt, adiectis ſemper ijs, quæ uim eorundem infrenant. Quibus autem membris medicaméta proportionata eſſe debeant, locus affectus commode oſtendet: ſic eorundem qualitatem tum affectus ipſe, tũ eius cauſa maximè indicabit. Porrò aſſeruantur vix per ſeptimam decocta. Aſſumuntur autem inſtar ſyruporum, tempore matutino, pondere duarum, aut trium, aut quatuor unciarum, pro varia ratione ætatis cõplexionis, &c. Vtimur autem his ad alterandum, præparandum, concoquendum, & purgandum interdum, vt in ſequentibus formulis patebit.

## *De decoctis alterantibus, Cap. II.*

### DECOCTVM ALTERANS bilem flauam.

℞. rad. cichorij ℥ 3. Endiuiæ
Fol. lactucę portulacę an M. 1. Sem.

sem. melonum
Cucurbitæ
cucumeris
citrul. ana ℥ 1.
Paſſularum

sebeſten
Iuiubarum
Prunorum ana ℥ s.
flor. violarum
Borra. ana P. 1.

Fiat decoctio in menſuris duabus aquę uſq; ad conſumptionem tertię partis, de colatura accipe lib. 1. cui adde ſacchari lib. 5. coquantur iterum deſpumando, & clarificando, fiatq; apozema pro quatuor aut quinque doſibus, cui addatur ſyrupi violacei ℥ 4. vel 5.

## DECOCTVM COMMVNE
alterans pituitam

℞. Betonicæ
Hyſſopi
Capil. Veneris
ana M 1. s
℞. Flor. borraginis
bugl. ana P. 1.
℞. rad. fœniculi
Apij

Petroſelini
Ruſci
Aſparagi ana ℥ 9
sem. aniſi
fœniculi
Ameos ana ℥ 1
Paſſularum ℥ 1 s.
Ficuum N. 10.

Coquantur in lib. 2. aquæ, vſque ad conſumptionem tertię partis. Colaturæ adde mellis roſati colati q. ſ. fiatq; potio pro quinque doſibus

## APOZEMA COMMVNE
melancholiam alterans.

℞. Fumiterræ
lupulorum

Scolopendriæ
endiuię

Sca-

| | |
|---|---|
| Scariole ana M. 1. | Prunorum N. 10 |
| rad polipodij | Paſſularum ℥ 1. |
| Cichorij ana ℥ 1. s. | cort. tamaricis |
| sem. aniſi | capparorum |
| fœniculi ana ℥ 2. | ana ℥ s. |

Fiat decoctio ſecundum artem. Colaturę adde ſacchari q. ſ. & fiat potio pro quinque doſib.

## *De decoctis alterantibus, & purgantibus ſimul bilem flauam Cap. 12.*

DEcocta concoquentia, & purgantia bilem flauam.

IN HEPATE.

| | |
|---|---|
| ℞. Fol lactuce | sem. papaueris albi ℥ |
| Nenupharis | 3. vel 4. |
| ana M 2. | Paſſularum ℥ 1. |
| ℞. Flor. uiolarum | prunorum N. 9 |
| roſar. ana P. 2. | |

Coquantur in ſufficienti quantitate aquę vſque ad conſumptionem tertię partis, de colatura ℞. ℥ 4. quibus infunde

Rhabarbari electi ℥ 2.

spicę ℈ 1.

Relinquantur per noctem, mane coletur, & exprimatur fortiter, cui adde

Electu

Electuar. de ſucco
roſ. ℥ 2.
ſirup. violar. lax. ℥ 1.
Miſce, & fiat potio.

## IN PECTORE.

℞. Fol. tuſſilaginis
lact. an. M. 1 s.
flor. violarum
borrag. an. P. 2.
ſebeſten
Iuiobarum an. ʒ 1.
Paſſularum ʒ s.
Glycyrrhizæ ℥ 1.
Coquantur ſecundum artem, De colatura
℞. ℥ 4. quibus adde
Mannæ electæ ʒ 1.
Diaprunis ſoluti-
ui ℥ 2. vel 3.
Infuſionis viol. ʒ 1.
Miſce, & fiat potio.

## IN VENTRICVLO.

℞ Lactucæ M. 1.
flor. violarum
borra an. P. 1.
ſem. Portulacæ
ſcariolæ
Cucur. an. ℥ 1.
Prunorum
Paſſularum an. ℥ s.
Myrrabalanorum
citrinorum ʒ s.
Coquantur ſ. a. & fiat potio pro duabus doſibus cui adde
Caſſiæ recentis ʒ 2.
elect. roſ. Meſ. ℥ 1.
ſirup. roſ. lax. ʒ 2.
Miſce, & fiat potio.

## IN HEPATE.

℞. rad. cichorij ʒ 2.
fol. endiuiæ
Sonchi an. M. 1. s
flor. cichorij P. 2.
ſem. endiuię
ſcariolę
lactucæ ana
℥ 1. s.
Tamarindorũ ʒ 1.
Paſſularum ʒ s.
rhabar. electi ℥ 6.
ſpicæ indicæ ℥ 1.
Co-

Coquantur ſ. a. & fiat pro duabus doſibus, cui adde

| | |
|---|---|
| Diapruni leniti-ui ℥ 1. | Syrupi de cichorio cũ rhabar. ℥ 1. |

Miſce, fiatq; potio, pro duabus matutinis.

## IN SPLENE.

| | |
|---|---|
| ℞. Fol. endiuiæ cacuminum lupulorum an. M. 1. | Sem. endiuiæ ʒ 1. |
| | cort. tamaricis ʒ 1. s. |
| | Paſſularum ℥ s. |
| | rhabarb. electi ℥ s. |
| Flo. borraginis bugloſ. an. P. 1. | spicæ indicæ ʒ 1. |

Decoquantur ſ. a. & fiat potio pro una doſi, cui adde ſyrupi roſ. lax. ℥ 1.

## IN MATRICE.

| | |
|---|---|
| ℞. Fol. endiuiæ Nenupharis. an. M 1. s. | Nenupharis. an. P. 1. s. |
| Flor. borraginis | paſſularum ℥ 1. |

Decoquantur ſ. a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui adde

| | |
|---|---|
| Mannæ electæ ℥ 2. | ſyrupi violati lax. ℥ 2. |
| electuar. de ſucco roſ. ℥ s. | Miſce; & fiat potio. |

## IN IVNCTVRIS

| | |
|---|---|
| ℞. ſol lactucæ endiuiæ an. M. 1. s. | ſemen endiuiæ ʒ 3. |
| flor. Violarum P. 3. | Vuarum paſſarum ℥ s. |

Decoquantur ſ.a. De colatura accipe ℥4. qui bus adde

Diacatholiconis ʒ 5.
Electuarij ſucci ro.
Meſ. ʒ 3.
ſyrupi roſ. lax. ℥ 1.
Miſce.

---

## *De decoctis alterantibus, & purgantibus pituitam, Cap. 13.*

Apozemata concoquentia & purgantia pituitam,

IN CAPITE.

℞. Fœniculi ℥ 1.
betonicæ
maioranę ana M. 1
flor. anthos
De ſtœchade
ana P. 1.
ſem. fœniculi ʒ 1 s.
Paſſularum ʒ 6
myrob. chebulorum ℥ s.
Agarici optimi ʒ 6
zingiberis
ſalis gemmæ
ana ʒ 1

Coquantur ſ.a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui adde ſirupi de betonica ℥ 2.

IN PECTORE.

℞. Rad. Ireos
Enulæ
Glycirrizæ
ana ʒ 2.
Fol. betonicæ
Hyſſopi
Marrubij
ana M. 1.
Flor.

Flor. ſcabioſæ
betonicæ
borrag. ana P. 1.
ſem. vrticæ ℥ 3.
Paſſularum
Ficuum

Dactylor. ana ʒ s.
Turpeti ℥ 2.
Agarici ʒ s.
Zingiberis
ſalis gemmę
ana ℥ 1 s.

Fiat decoctio ſ.a. pro duab. doſibus, cui addę
Diaphœniconis
ʒ s.

ſyr. de hyſſopo ℥ 2.
Miſce, & fiat potio.

IN VENTRICVLO.

℞. Rad. fœniculi
Petroſe. ana ℥ 6.
Fol. Menthæ M. 2.
Flor. roriſmarini
borra ana P. 1.

ſem. fœniculi
Aniſi ana ℥ 1.
Paſſularum ʒ s.
Agarici ℥ s.
zingiberis ℥ 1

Decoquantur ſ.a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui adde
Electuarij Indi
Diaphœniconis
ana ℥ 2

Syrupi de mentha
ʒ 2.
Miſce, & fiat potio ꝑ duabus vicibus.

IN HEPATE.

℞. Rad. Petroſelini
Apij
Fœniculi

Aſparagi
Ruſci ana ℥ 2.

Fol. origani petroſelini ana ℥ 1.
Hyſſopi paſſularum ℥ s.
eupatorij an. M. 1. s. agarici ℥ s.
flor. borraginis ſalis gemmæ
origani ana P. 1. Zingiberis ana ℥ 1.
ſemen aniſi

Decoquantur ſ. a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui adde
Diaphœniconis ℥. s. Syrupi de eupatorio ℥ 2.

## IN SPLENE.

℞. Rad. aſparagi Borraginis
cichorij an. ℥ s. ana P. 1.
Fol. calaminthi Sem. aniſi
Aſari Carui ana ℥ 1.
eupatorij cort. tamaricis
ana M. 1. capparorũ ana M. s.
Flor. bugloſſæ turpeti ℥ 6.
Zingiberis ℥ 2.

Fiat potio pro duabus doſibus, cui adde ſyrupi de calamintha ℥ 1.

## IN RENIBVS, ET VESICA.

℞. Rad. quinq; communium Cicerum rub. an. P. 1.
Pentaphylli ana ℥ 2. baccarum iuniperi. ℥ 2.
Flor. borraginis Ficuum N. 10.

Decoquatur ſ. a. De colatura accipe vncias 4. quibus infunde per noctem.

Agari-

Agarici ℥ 2.
Zingiberis ℈ 1. s.
Mane exprimantur, addaturque Benedictæ laxatiuę ℥ 2. s.
Syrupi de duabus rad. ℥ 1.
Miſce, fiatque potio.

IN MATRICE.

℞. Artemiſiæ
Pulegij
Sabinę
Meliſſæ
rad. Apij ana M. s.
Aſparagi
rubię tinctorū an. ℨ s.
sem. petroſelini
Aniſi an. ℥ 1.
baccarum lauri ℥ 1.
Agarici
Turpeti ana ℥ 3. vel 4.
Zingiberis ℥ 2.

Decoquantur ſ. a. & fiat potio pro duabus vicibus, cui addantur ſyrupi de arthemiſia ℥ 2.

IN IVNCTVRIS.

℞. rad. fœniculi
Ireos
cichorij
Aſparagi
an. ℥ 2.
Fol. betonicæ
Hyſſopi
menthæ
eupatorij
an. M. s.
Flor. anthos
Borraginis
ana P. 1.
sem. fœniculi
Aniſi an. ℥ 1.
paſſularum ℥ 1.
Turpeti
Agarici ana ℥ 2. s.
zingiberis
salis gemmę
ana ℥ 1 s.
Cinnamomi ℥ 1.

Decoquantur ſ.a. fiatque potio pro duabus doſibus, cui adde

Diacatholiconis ℥ 1
Benedictæ lax. ℥ 5.
Oxymellis ℥ 2
Miſce, fiatq; potio; ro duabus matutinis.

---

## *De decoctis alterantibus & purgantibus melancholiam, Cap. 14.*

Decocta concoquentia, & purgantia atram bilem IN CAPITE.

℞. Lupulorum
Fumiterræ
ana M 1.s
rad. bugloſſæ ℥ 1.
Flor. anthos
bugloſſæ
Borraginis
ana P. 1
Prunorum N. 10
Paſſularum ℥ s.
Fol. ſenæ ℥ 1 s.
Zingiberis ℈ 2.

Decoquantur ſ.a. & fiat potio pro duabus doſibus, cui adde

Syrupi de pomis ℥ 2.

IN PECTORE.

℞. Fol. Meliſſæ
Roſmarini
Bugloſſæ
ana M. 1.
Flor. Violarum
Meliſſæ
Borraginis
ana P. 1.
Paſſularum ℥ s
Glycirrhizæ ℥ 1
Ficuum N. 6.
Senæ ℥ 1 s.
Zingiberis ℈ 2.

Co-

Coquantur ſ.a. & fiat potio pro duabus vicibus, cui adde ſirupi violacei ℥ 2.

IN HEPATE.

℞. rad. cichorij
polipodii ℥ 2
Fol. Aſari
Fumiterrę
lupulorum
ana M. 1
Flor. borraginis
bugloſſæ
ana P. 1
Vuarum paſſarũ ℥ 6
Myrobal. ind. ℥ s.
Fol. ſenæ ʒ 1 s.
zingiberis ℥ 2.

Coquantur ſ.a. & fiat potio pro tribus doſibus cui adde
Confect. ha. ʒ 1
ſirupi de fumoterræ ʒ 3.
Miſce.

IN LIENE.

℞. rad. bugloſſæ
polipodij
ana ℥ 3
Fol. thymi
Scolopendriæ
Cuſcuthæ
Epithymi
ana M. 1
Cort. tamar. P. 1.
cappar. ℥ 1 s.
sem. aniſi ℥ 2
ſenæ ʒ 1
zingiberis ℥ 2.

Fiat decoctio ſ.a. & fiat potio pro duob. hauſtis, cui adde Confectionis Hamech ʒ s. syrupi de epithymo ℥ 1 s.

IN TOTO:

℞. Fumiterræ
ſcolopendriæ
Lupulorum
Epithymo ana M. 1

flor. borraginis
buglоſſę
meliſſæ
ana P. 1.
rad. polipodij
buglоſſæ
cichorij
fœniculi
ana ℥ s.
Myrrob. ind. ℥ s.
Paſſularum ℥ 6.
semen aniſi
fœniculi ana
℥ 1.
senæ Orientalis
℥ 1. s.
Zingiberis ℥ 2.

Concoquantur ſ. a. & fiat potio pro tribus doſibus cui adde

Diacatholiconis
℥ 1.
Confect. Hamech
℥ 6.
Mannæ electæ ℥ 2.
Syrupi de ſumoterræ ℥ 3.
Miſce, & fiat potio.

## *De decoctis alterantibus, & purgantib humores mixtos, Cap. 15.*

### BILEM ET PITVITAM.

℞. rad. cichorij
fœniculi
ana ℥ s.
endiuiæ
capill. Veneris
ana M. 1.
flor. Violarum
borraginis
ana P. 1.
sem aniſi
fœniculi
endiuię
cucurbitæ
ana ℥ s.
paſſularum ℥ 6.
Tamarindorum ℥ 1.
rhabar-

rhabarbari electi
Agarici opt. an. ℥ 1.
ſpicę indicæ ℥ 1.
Zingiberis ℥ 1 s.
ſalis gemmę ℥ 1.

Coquantur ſ. a. & fiat potio pro duobus hauſtis, cui adde

Diacatholiconis ℥ 1.
Diaphœniconis
elect. de ſucco roſ. ana ℥ 2.
Syrupi roſ. lax. ℥ 2.
Miſce.

BILEM FLAVAM ET ATRAM.

℞. Lupulorum
Fumiterræ
enduiæ ana M. 1
rad. cichorij
Polipodij ana ℥ s.
flor. violarum
borraginis ana P. 1.
Sem. enduiæ
Aniſi an. ℥ 1.
paſſularum
ſebeſten ana ℥ s.
rhabarbari electi ℥ s.
fol. ſenę ℥ 10.
ſpicę indicæ ℥ 1.
Zingiberis ℥. 1. s.

Decoquantur ſ. a. & fiat potio pro duabus vicibus, cui adde

Diaſenæ ℥ 1.
elect. ſucci roſ.
Meſ.
confect. Ha. ana ℥ 1.
Syrupi roſ. lax.
ſyrupi de fumoterrę ana ℥ 1.
Miſce

ATRAM BILEM ET PITVITAM.

℞. rad. Apij
fœniculi
bugloſſæ ℥ s.
Polypodij ℥ 2.

Betonicæ
Capill. Ven.
epithimi ana M. I.
Flor. borraginis
buglossæ
Anthos an. P. I.
ſem. aniſi
Fœnic. ana ℥ I
Cort. tamaricis ℥
Paſſularum ℥ I
Fol ſenę ℥ I s.
Agarici ℥ 6
Zingiberis ℥ 2.
Salis gemmę ℥ I.

Concoquantur ſ. a. & fiat potio pro tribus doſibus cui adde

Diacatholicon. ℥ I
Benedictæ lax.
Confect. hamech
ana ℥ 3.
Syr. de epith. ℥ 2
Oxymellis comp.
℥ I.
Miſce.

BILEM PITVITAM; ET atram bilem.

℞. Capill. Veneris
Lupullorum
Betonicę
endiuię ana M. s.
rad. fœniculi
cichorij
polipod. ana ℥ 3
Glycirr. ℥ 3.
Flor. borraginis
Bugloſſæ
Viol. ana P. I.
Viol. an. P. I. ſem aniſi
fœniculi
Endiuiæ ana ℥ I
Prunor. Dam. N. 6
Paſſularum ℥ 6.
Senæ orient. ℥ I s.
rhabar. electi ℥ 5
Agarici optimi ℥ s.
Spicæ indicæ ℥ I
ſalis gemmæ ℈ 2.
zingiberis ℥ 2.

Decoquantur ſ. a. fiatq; potio pro tribus doſibus, cui addantur

Man-

| | |
|---|---|
| Mannæ electæ | Aquę cinnamomi |
| ſirupi roſ. lax. | diſtillatæ ℥ 1. |
| ana ℥ ſ. | Miſce pro tribus matutinis. |

DECOCTVM PVRGANS omnes humores

| | |
|---|---|
| ℞. Turpeti ʒ ſ. | Fol ſenæ ℥ 10 |
| Polypodij ℥ 2 | zingiberis ℈ 2 |
| Hermadactylorũ | cinnamomi |
| rhabarb. an. ℥ 2 | Aniſi ana ʒ 1. |

Conciſa coquantur in libra una & ſemis aquæ vſque ad tertię partis conſumptionem, coletur & de colatura dentur ℥ 3. tempore matutino, addendo ſirupi roſ. lax. ℥ 1.

## *De infuſionibus, Cap.* 16.

INfuſio, ſiue dilutum eſt maceratio medicamẽtorum purgantium in liquore aliquo appropriato per horas aliquot certas. Magnatibus & delicatioribus hominibus exhibẽtur. Quod ad compoſitionem horum attinet, primũ neceſſe eſt, vt purgantiũ medicamentorũ pondus rectè teneamus: deinde vt ſemper purgãtib. miſceantur, q̃ vehemẽtia eoeũ corrigere poſsũt, vt in ſequẽtib. formulis patebit. Vt plurimũ aũt 12. horas, nõnunq̃ per integrũ diẽ, vt prõptius, & valẽtius tenuiores partes ĩ ſe colligãt, macerãtur: dein-

deinde colantur & exprimantur quibus, deniq; ſyrupi, vt ſuauior reddatur potio, cōmiſcentur. Porrò qualitas medicamentorum pro humorū præternaturam in corpore redundantium, ratione variatur. Quātitas verò ſeu doſis, ex quarto libro petenda. Sumuntur autem diluta calidè tempore matutino. & ſtomacho vacuo, ſicuti ſyrupi, & apozemata ab ℥ 3. vſque ad ℥ 4. vel 5.

I.

INFVSIO PVRGANS BILEM.

℞. Rhabarbari electi ℥ 6.
spicæ indicæ ℨ 2.

Concidantur minutim; & macerentur per noctem, in aquis ſtillatitiis, endiuię, hepaticæ, & borraginis ana ℥ 1. s. Deinde linteolo exprimantur ualidè, & colentur: expreſſioni adde ſyrupi roſ. lax. ℥ 1, fiatque potio.

II.

PVRGANS PITVITAM.

in capite.

℞. Agarici optimi ℨ 3.
zingiberis
ſalis gemmæ ana ℨ s.
Macerentur per horas 12. in
Aquis ſaluię
betonicæ ana ℥ 1. s.

Exprimantur, & fiat potio, cui addes syrupi de ſtœchade ℥ 1.

III.

III.

### PVRGANS MELANCHOLIAM.

℞. Fol. ſenæ ℥ 6.
Zingiberis ℈ 2.

Macerentur in decocti florũ & fructuum ℥ 4. diu noctuq́;, poſtea fortiter exprimantur addaturque ſyrupi de fumoterræ ʒ 1.

IV.

### PVRGANS BILEM, ET Pituitam.

℞. rhabarbari electi ʒ s.
Agarici optimi ʒ 1. s.
Spicæ indicę ℥ 1.
ſalis gemmæ ℈ 1.

Concidantur ſingula minutatim, & macerentur in aquis ſtillatitiis, endiuię, & borraginis ana ʒ 1. s. Durent in his horis duodecim, deinde linteolo mundo exprimantur validè, & colētur, fiatque potio, cui addatur ſyrupi roſ. lax. ʒ 1.

## *De potionibus purgantibus in ſubſtā tia ſumptis, Cap. 18.*

Porrò circa medicina ſolutiuas, quę in potionib: ſumũtur, quātuor obſeraanda veniunt. Primũ eſt, vt iuxta omnium ferè Medicorũ ſententiam, in qualibet medicina ſolutiua, aliquid miſcendum curemus quod cor cõfortare:

fortare poſſit. Alterum eſt, quod medicina ſolutiua proprietatem habere debeat cum illo mẽbro, quod euacuandum eſt: vt ſi caput ſit purgã dum, addenda aqua betonicæ vel ſaluiæ eſt, vel flores ſtœchados, uel id genus alia. Tertium, ꝙ inter ſoluentes medicinas, quędam leniendo, quædam attrahendo, vt in ſequentibus duobus capitibus videre licet, educant. Quartũ quòd in medicinæ compoſitione ſemper addendum ſit ſuum lenitiuum. Quoniam uiolentas ſolutiuorum virtutes ad ſecuritatem perducit. Doſis uerò lenitui eſt à ℥ 3. vſque ad ℥ 5. vel 6. ſolutiuorum autem à ℥ 2. vſque ad ℥ 3. s. vt in ſequẽtibus formulis patebit.

I.

℞. Diacatholiconis ℥.
electuarij de ſuc. roſ. ℥ 3 s.

Miſce & cum decoctione florum & fructuum in aqua endiuię facta, fiat potius, cui adde ſirupi uiolacei ℥ 1.

Hic vides lentiui ℥ 5. ſolutiui verò ℥ 3 s. & dirigitur uirtus eius ad hepar, & cor conſortat mediante decoctione facta in aquis proprijs.

II.

℞. Mannæ electę, uel caſſiæ ℥ 6
elect. de ſucco roſ. ℥ 3 s.

Cum decoctione florum & fructuum fiat potus, cui adde ſyrupi roſ. lax. ℥ 1.

III. ℞.

III.

℞. Diacatholiconis ℥ 5.
Diaphœniconis ℥ 2
electuarij Indi ℥ 1 s.

Miſce, & cum decoctione florum & fructuum in aquis buglosſæ, & fœniculi facta fiat potio, cui adde Mellis roſ. col. ℥ 1

IV.

℞. Diaſenæ ℥ 5.
Confect. hamech ℥ 2.
Diaſenæ Nicolai ℥ 1 s.

Miſce, & cum decoctione florum & fructuum in aqua buglosſæ, & ſcolopendriæ facta, fiat potus, cui adde ſyrupi uiolacei ℥ 1.

V.

℞. Diacatholiconis ℥ 5
Elect. de ſucco roſ. ℥ 2
Diaphœniconis ℥ 1 s.

Miſce, & cum aqua endiuiæ & borraginis ana ℥ 1 s fiat potio, cui adde ſyrupi roſ. lax. ℥ 1.

VI.

℞. rhabarbari electi ℥ 2
ſpicæ indicæ ℥ 1 s.

Pulueriʒentur ſubtiliter, quibus adde
Caſſiæ
Elect. de ſucco roſ.
Diaphœniconis an. ℨ 2

Cum

Cum decoctione florum fructuum fiat potio; cui adde ſyrupi violati lax ℥ 1.

## *De Medicinis lenientibus,*
## *Cap. 19.*

QVæ leniendo humores educunt, alunt, leuiter mouent, atq; ſine tumultu exonerant qualia ſunt Diaprunis lenitiua, Diacatholicũ, Diaſena, compoſitio è Manna, è Caſſia, & ſimilia: quorum doſis à ℥ 5. vſque ad ℥ 1. Exhibẽtur autem vel in forma boli, vel cum decoctione aliqua, vel aquis deſtilatis, additis ſolutiuis (vt antea diximus) tempore matutino, &c.

## *De medicamentis ſoluentibus,*
## *Cap. 20.*

QVæ attrahendo purgant medicamenta, cathartica & ſolutiua nũcupantur. Hęc valente purgant. Proinde abſque lenitiuo aliquo addito, ſumi non debent. Quomodo autem, & qua doſi commiſceantur, ſupra capite 18. abunda oſtendimus. Sunt autem medicamenta ſolutiua, præſertim bilem purgantia, quibus ferè hodie vtuntur practicantes,

Electuarium de ſucco roſarum
Electuarium ſucci roſ. Meſuæ.

Electu-

Electuarium de Pſyllio.
Diaprunis ſolutiua.
Diarob cum rhabarbaro; &c.

CATHARTICA PHLEGMA purgantia.

Diaphœnicum.
Electuarium Indum.
Electuarium Eleſcoph.
Diarob cum turbith.

CATHARTICA BILEM ATRAM purgantia.

Confectio Hamecli.
Diaſena Nicolai, &c.

---

## *De potionibus purgantibus partim ab infuſis, partim à ſubſtantia factis, Cap. 21.*

NOn rarò etiam utuntur Medici cõmuniter practicantes, potionibus, quibus partim in funduntur medicamenta purgantia, partim tota ſubſtantia ponũtur, & ita bibuntur: vt ſequẽtibus formulis perſpicuè uidere licebit.

℞. Rhabarbari electi ℥ 2.
Spicæ indicę ℥ s.

Incidantor minutim, terantur, & infundantur per horas ſeptem in ſufficiente quan-

R titate

titate vini odoriferi, tempore hyemali, in aqua endiuiæ æſtate: deinde fiat expreſſio fortis, cui adde, vel in ea diſſolue

Caſſię recent. extractæ, vel Man. ℥ 5.
Electuarium de ſucco roſarum ℥ 2.
Electuarium pſylſij ℥ 1.

Miſce, & cum decoctione florum & fructuum in aqua bugloſſæ, & endiuię facta, fiat potio, cui adde ſyrupi roſ. lax. ℥ 1.

II.

℞. Myrobalanorum citrinorum ℥ 3.
Spicę indicæ
Sem anisi ana ℈ s.

Trita in decoctionis paſſularum ℥ 3. per diẽ integrum macerentur: deinde fortiter exprimantur, addaturq́; Elect. de ſucco roſarum
Diaprunis ſolutiuæ ana ℥ 1. s.
Mannæ ℥ 6.
Syrupi violati ℥ 1.

III.

℞. Turpeti ℥ 1 s.
Zingiberis ℈ 1.

Trita macerentur horis duodecim in vini odorati ℥ 3. deinde exprimantur, addaturq́;
Elect. Ind. ℥ 2.
Mellis roſ. col. ℥ 1.

IV.

IV.

℞. Agarici electi ʒ 2.
Zingiberis ℈ 1.
Salis gemmæ ℈ s.
Trita macerentur horis duodecim in
Vini odoriferi ℥ 1.
Aquę fœniculi ℥ 2.
Exprimantur, addanturq́;
Elect. Ind. ʒ 3.
Oxymellis ſcillitici ℥ 1.
Miſce, & fiat potio.

V.

℞. Rhabarbari electi ʒ 2.
Agarici trochiſcati ʒ 1.
Spicæ indicæ ℈ 1.
Zingiberis ℈ s.
Conciſa, macerentur horis octo in
Aqua endiuię ℥ 2.
Fœniculi ℥ 1.
Vini optimi ℥ 1.
Exprimantur probè, addanturq́;
Mannę electę ʒ 6.
Electuarium de ſucco roſ. ʒ 1. s.
Diaphœniconis ʒ 2.
Syrupi roſ. lax. ℥ 1.
Miſce, & fiat potus.

VI.

℞. Fol. ſenæ ʒ 3.

Rhabarbari electi ℥ 2.
Agarici optimi ℥ 1.
Spicę Indicæ ℈ 1.
Zingiberis ℈ s.

Concidantur ſingula minutatim, & maceren tur in decoctionis paſſularum ℥ 4. per horas duodecim, deinde exprimantur probe, addatur que rhabarbari albi, ſiue rad. mechoacæ ℥ s. ſy rupi roſ. lax. ℥ 1.

---

## *De bolo purgatorio, Cap. 22.*

BOlus eſt fruſtulum medicamentorum purgãtium, eſui aptum, quantum ſcilicet buc ca cõmodè capere poteſt. Formatur autem ex lenitiuis, & ſolutiuis interdum ex ſimplicibus tantùm medicamentis, cum ſuis correctiuis, atque ſyrupo, vel alio quodam liquore excipiuntur, & in formam boli digerũtur, vt formulis ſe quentibus patebit. Porrò qualitas purgantium medicamẽtorum ab humore peccante deſumẽ da erit. Quãtitas verò augeri minuiq; poterit iuxta ęgrotãtis uires, & medicinæ, q̃ exhibẽtur: ita tamen, vt unciam unam nunquam excedat. Nam uniuerſa, una vice deuoranda erit. Quarũ verò partium proprietatem medicamẽta habe re debeant, ipſe locus affectus commodè demõ ſtrabit. Tempus autem aſſumẽdi matutinũ eſt.

I.

℞: Çaſſiæ recenter extractæ ℥ 6.
Electuarij de ſucco roſarum ℥ 3.
Miſce, & cum ſaccharo fiat bolus, auro coopertus.

II.

℞. Caſſiæ nouiter tractæ ʒ 1.
Diagridij gr. 3.
Miſce & cum ſaccharo fiat bolus.

III.

℞. Diaprunis lenit. uel Diacat ℥. 5.
Diaphœniconis ℥ 3.
Miſce & cum ſaccharo fiat bolus.

IV.

℞. Turpeti ℥ 1.
Zingiberis
Maſticis ana ℈ s.
Cum melle roſaceo quantum ſuffi-cit, fingatur bolus.

V.

℞. Conſeruæ violarum ʒ s.
Pul. rad. mechoacæ ℥ 1.
Cum ſyrupo roſ. lax. formetur bolus

VI.

℞. Rhabar. albi, ſiue rad. mech. ℈ 2.
Fol. ſenæ tritorum ℈ 1.
Zingiberis ℈ s.
Cum ſyrupo uiolaceo fiat bolus.

VII.

℞. Caſſię recenter extractæ ℥ 6.
Confectionis Hamech ℥ 2.
Miſce, & cum ſaccharo fingatur quecta auro cooperta.

VIII.

℞. Conſeruæ roſ. ℥ s.
Florum Antimonij gr. 3. uel 5.
Miſce, & cum ſaccharo fingatur buccellus, auro vel ſaccharo aſperſus.

## *De pilulis, ſiue catapotijs,* *Cap.* 23.

Pilulæ Græcis Catapotia à paruæ pilæ figura medicamentum eſt, quod deglutiẽdo ſumitur, ad fallendam medicamenti inſuauitatem inuentum. Porrò rarò vnius generis catapotiis vtimur, ſed uariis, potiſſimum autem tribus inter ſe commixtis, additis, quæ uehementiam illorum augere queant, vt eſt diagridiũ, agaricus trochiſcatus, & eius generis alia, cum ſyrupo aliquo uel aqua ſtillatitia in catapotiorũ formã coactis, ut inſequẽtibus formulis patebit. Quos veró & quales humores educere debeant, ipſa morbi cauſa indicabit. Ad eũdem quoq; modũ quibus cum partibus correſpondere oporteat, ipſe locus affectus demõſtrabit. Modus tamen exhi-

exhibitionis cõmuniter drachma una eſt plus minuſue, iuxta materiam ſimplicem, ex quibus conficiuntur, & virtutem ægroti, itemq; magnitudinem morbi. Fiunt autem pilulæ 5. vel plures, vel pauciores pro Medici iudicio. Quæ majori forma parãtur pilulæ, vt ſunt capitales, tribus aut quatuor horis à leuiori cęna, vel media nocte, vel poſt primum ſomnum aſſumuntur. Minores & leues, ut peſtilentiales, & alephangine hora una, vel duabus ante cibum commodè exhiberi poſſunt. Mediocres verò matutinis horis in vſum veniunt: Quoniam autem te non maſticatę deuorandæ ſunt, ob ingratum ſaporem, tectorio aliquo indigent. Qua in re ſaccharo, aut cinnamomi puluere, aut auri foliis vtimur. Ponorum coctorum pulpa inuolui tutò poſsũt vel pane azymo vino molliter perfuſo.

## *De pilulis purgantibus bilem flauam, Cap. 24.*

PIlulæ purgantes bilem flauam à CAPITE.

Pilulæ aureæ, Meſ.
Sine quibus. Nic.
Arabicæ.
Aſſaieret
Lucis, &c.

Exempli gratia.

℞. Pilularum Aurearum
Arabicarum
Sine quib. eſſe nolo an. ℈ 1.
Cum ſyrupo roſarum lax. fiant pilulæ N. 7.
auro coopertæ.

AB HEPATE.

Pilulę de rhabarbaro.

Exempli gratia.

℞. Pilularum de rhabarbaro ℈ 2.
Aggregatiuarum ℈ 1.
Diagridij gr. 3.
Cum ſyrupo de endiuia fiant pilulę N. 5
auro obductæ.

---

## *De pilulis purgantibus pituitam, Cap. 25.*

Pilulæ pituitam purgantes, à

CAPITE.

Pilulę Cochiæ.
Hierę cum agarico.
De Colocynthide.
Alhandal-
Ex ſex rebus. De octo rebus.

Exempli gratia.

℞. Pil. Cochiarum ℈ 2.
Hierę cum agarico ℈ 1.

Cum

Cum ſyrupo de betonica fiant pil. N. 5.
Puluere cinnamomi aſperſę.

A PECTORE.

Pilulæ de agarico.
Hieræ cum agarico.
Bechicæ; &c.

A STOMACHO.

Pilulæ Alephanginę.
Stomachicæ.
Maſtichinæ.
Ex turbith.
Peſtilentiales.

I.

℞. Pilularum alephanginarum,
Aggregatiuarum.
De Hiera S. ana ℈ 1.
Aloes optimæ ℈ s.
Cum aqua fœniculi fingantur pil. N. 13.

II.

℞. Pilul. de agarico
Stomachicarum ana ʒ s.
Agarici trochiſcati ℈ s.
Diagridij gr. 2.
Cum aqua abſynthij fiant pilulę n. 9.

A IVNCTRIS.

Pilulæ de Hermodactylis.
Arthriticę
Fœtidæ

De Sagapeno.
De Sarcocolla.
Benedictæ
De nitro,&c.

## *De pilulis melancholiam purgantibus, Cap. 26.*

Pilulę atram bilem purgantes, ab hepate & lienę,

Pilulæ Indæ
Ex fumoterrę
De lapide Armeno.
De lapide laxuli,&c.

Exempla.

I.

℞. Pilul. de fumoterræ
Indarum ana ℈ 1 ſ.
Cum ſyrupo de epith mo, formentur pilulæ N. 9. auro obductæ.

II.

℞. Pil. de lapide armeno ℈ 2.
De fumoterrę ℈ 1.
Diagridij gr. 3.
Cum ſyrupo de fumoterræ fiant pilulæ N. 7. auro coopertæ.

De

## *De clyſteribus, Cap.27.*

Clyſter vel clyſteriū, à Græco uerbo κλυζειν quod eſt abluere: quibuſdam enæma vocatur, ab ἐνίημι, quod illis inijcio ſignificat. Cōponuntur autem ex iuſculo, vel decocto, medicamentis purgantibus, oleis, & ſale. Interdum etiā mel, aut ſaccharū, aut vitelli ouorum, aut butyrum, aliaq; eius generis adijciuntur. Decoctū autē iuxta morbi diuerſitatem variari ſolet. Nunc enim ex ijs, quæ abſtergendi, aut obſtructiones liberandi, aut aſtringendi, aut glutinandi facultatem obtinent, paratur Medicamentorum purgātium vis à morbi cauſa, ſiue ipſo humore peccante, probè deſumitur. Sunt autem, vel ſimplicia, vel cōpoſita. Prioris generis ſunt turbith, colocynthis, agaricus, ſal gemmæ, &c. Cōpoſita ſunt, Diaphœnicum, Hiera picra, hiera logodium, electuarium eleſcoph; electuariū de baccis lauri, Benedicta laxatiua, Elect. Indum, &c. Porrò decocti vel iuris doſis cōmunis eſt libra magna ex parte una plus minuſue pro corporis magnitudine, ventris plenitudine, morbi natura, & ætatis ratione. Oleorū verò ℥ 3. Pinguedinū, mellis, butyri, ſacchari ab ℥ ſ. vſq; ad ℥ 1. Medic. purgantiū, & quidē ſimpliciū à drachmis duab. ad ℥ 3. cōpoſitorū aūt ad ℥ 1. vel ℥ 1. ſ. plus minuſue pro viriū rōne, & morbi vehementia.

hementia. In febribus enim, & debilibus, ſenibus, conualeſcentibus & inteſtinorum mordicationibus, minorem doſim præſcribimus: ė cõtrà in apoplecticis: lethargicis, coxendicũ doloribus, & in ijs, qui exitiale venenũ hauſerunt, maiorem doſim imperamus. Vitelli ouorũ maxima ex parte, duo aut tres. Sali communis à ⅗ 1. uſq; ad 3. plus minuſue prout facultatem excretricem proritare neceſſe eſt. Cæterùm in mortario omnia diligenter permiſcẽda ſunt, & ſi quid craſſi, aut terreni in fundo reſederit, abijciendũ: reliquum autem moderatè calidũ per veſicam uel ſyringã duab⁹, vel tribus horis ante cibũ inijciendum. Detinẽdi uerò tẽpus non vnum idemq; eſt: ſed pro eorũdem diuerſitate variatur. Quibus enim abluendi & extergendi vis ineſt, hi ſupra horæ dimidiũ ĩ corpore haud retineãtur. Dolores mitigantes longiori tẽpore detineri debent Omniũ longiſſimo, quibus glutinandi eſt facultas. Quibus purgandi vis in eſt ſua ſponte erumpere ſolent. Quod ſi tamen diutius in corpore cunctatur, glandem ſupponere conuenit, vt facultas expultrix excitetur noxiaque tandem expellantur.

De

## *De clyſteribus alterantibus,* *Cap.* 28.

Clyſter leniens
℞. Maluæ. Biſmaluę
Parietariæ. Atriplicis ana M. 1.
Sem. lini. Fœnigręci ana P. 1.
Decoquantur in ſufficienti quantitate aquę ad conſumptionem tertiæ partis, fiat colatura, de qua accipe lib. 1. cui adde
Sacchari rubri ℥ 3.
Olei communis ℥ 3.
Salis ℥ 1.
Miſce & fiat clyſter.

II.

℞. Maluę
Altheæ
Violarię
Mercurialis
Hordei ana M s.
Fiat decoctio in ſufficienti quantitate aqua ad conſumptionem tertiæ partis, fiat colatura, de qua accipe lib. 1. cui adde
Caſſię recent. extractæ
Saccha. rub. añ. ℥ 1. s. Olei violacei ℥ 3
Miſce & fiat clyſter.

III.

℞. Iuſculi caponis lib. 1.

Vitel.

Vitell. ouorum N. 2.
Mellis roſ. col. ℥ 1. Olei cõis ℥ 5.
Commiſceantur ſingula, fiatq; clyſt.

IV.

℞ Decocti hordei lib. 1.
Vitell. ouorum N. 2.
Sacchari rubri ℥ 1.
Mellis roſ. ℥ 1.
Olei communis ℥ 3.
Commiſtis omnibus fiat enæma.

EMOLLIENS ET LENIENS, in colica.

V.

℞. Olei communis ℥ 5.
Anethini
Chamomelini ana ℥ 1.ſ.
Miſce & fiat clyſter.

LAVATIVVS.

VI.

℞. Betæ
Braſſicæ
Althεæ ana M. 1. ſ.
Hordei M. 1.
Decoquantur in aqua vel leui lixiuio ad tertiæ partis conſumptionem, fiat colatura, de qua accipe lib. 1. cui adde
Vitel. ouorum N. 1.
Mellis roſ. col. ℥ 1.

Salis

Salis ℥ j.
Miſce & fiat clyſter.

ASTRINGENS, IN Dyſenteria.

VII.

℞. Roſarum rubrarum
Balauſtij
Hordei torrefacti
Baccarum myrthi ana M. ſ.

Contundenda bulliant in ſufficienti quantitate aquæ cum capite caſtrati, donec caput ſit coctũ, fiatq; colatura, de qua accipe lib. j. adde
Boli armen.
Sanguinis draconis ana ℈ j.
Olei roſati
Omphacini ana ℥ j. ſ.
Pinguedinis capi ℥ j.
Vitell. ouorum aſſat. N. j.
Miſce & fiat clyſter.

GLVTINANS.

VIII.

℞. Plantaginis
Poligoni
Conſolidæ medię
Saniculæ
Roſarum ana M j.
Rad. conſolidæ maioris ℥ j.
Balauſtiarum ℥ j.

Coquan-

Coquantur ad tertias, fiatque colatura, de qua accipe ℥ 14. quibus adde

Succi plantaginis ℥ 1.
Sanguinis draconis ℈ 2.
Seui caprini ℥ 1.
Olei myrthini
Roſacei
Cotoneorum ana ℥ 1.

Commiſtis omnibus, fiat clyſter.

## DOLOREM SEDANS.

### IX.

℞. Anethi
Violariæ
Flor. chamomillę ana M. 1.
Sem. lini
Fœnigræci ana M s.

Fiat decoctio, de qua accipe lib. 1. cui adde

Vitell ouor. N. 1.
Olei anethini ℥ 3.
ſalis ℥ 1. s.

Miſce & fiat clyſter.

### X.

℞. Olei anethini
Chamomelini ana ℥ 5.
Mal aureorum ℥ 2.

Miſce & fiat clyſter.

De

## *De clyſteribus purgantibus,* *Cap.* 29.

### BILEM FLAVAM. I.

℞. Hordei
Violariæ
Mercurialis ana M. 1.

Fiat decoctio, de colatura accipe ℥ 12. quibus adde,
Diacatholiconis ʒ 1.
Electuar de ſucco roſ. ʒ 6.
Olei violati ℥ 3.
Salis ʒ s.
Miſce, & fiat clyſter.

### PITVITAM. II.

℞. Origani
Chamomillæ
Meliloti
Fœnigræci ana M. 1.

Coquantur in aqua vſq; ad conſumptionem tertię partis. De colatura accipe lib. 1. cui adde
Diaphœniconis
Electuar. Indi maioris
Benedictæ laxatiuæ
Hieræ picræ S. ana ℥ s.
Olei chamomelini ℥ 1.
Rutacei ℥ 2.
Salis ʒ 3.
Miſce, & fiat clyſter.

III.

℞. Betonicæ. saluię
Maioranæ.
Serpilli
Hyſſopi. Rutæ
Flor. ſtœchadis ana M. s.
Colocynthidis ℥ 1.
Agarici optimi ℥ 3.
Coquantur ad tertias. De colatura accipe ℥ 15. de quibus adde
Benedictę laxat.
Hieræ piere ana ℥ s.
Diaphœniconis
Electuar. indi ana ℥ 2. s.
Mellis roſ. col. ℥ 1.
Olei laurini
Rutati ana ℥ 1. s.
ſalis communis ℥ 2.
Commiſtis omnibus fiat clyſter.

IN MATERIA FRIGIDA, & vehementi auctoq; dolore.

IV.

℞. Centaurij minoris
Saluiæ
Abrotani
Calamenti ana M. s.
Origani

Mar-

Marrubij
Sthœchadis ana P. 1.
Aniſi. Sem. baſiliconis ana ℥ 1.
Pulpæ colocynthidis ʒ 2.
Furfuris M. 1.
Meliis anacardini ℥ 1.
Olei caſtorei ℥ 3.
Salis gemmæ ʒ 2.
Hieræ picrę
Hellebori albi ana ʒ 6.

Bulliant omnia in ſuff. quantitate aquæ, excepta Hiera, ad conſumptionem medietatis, fiat colatura, de qua accipe lib 1. cui adde Hieram ſupradictam, & tepidè infundatur. Eſt enim efficax: propterea ultimum. Soluit materiam phlegmaticam. Idcirco paralyſi, & apoplexię prodeſt.

## MELANCHOLIAM. V.

℞. Violarum
Maluæ. Althec̨
Meliloti ana M. 1.
Fiat decoctio. de qua accipe lib. 1. cui adde
Vitell. ouor. N. 1.
Diacatholiconis
Confect. Hamech. ana ℥ 1.
Olei communis ℥ 3.

Salis ℥ 1.

Miſce,& fiat clyſter.

VENTOSITATES reſoluens. VI.

℞. Decocti carminantis lib. 1. cui adde
Benedictæ lax.
Sacchari rubri ana ℥ 1.
Mellis roſat. col. ℥ 2.
Butyri recentis ℥ 3. vel
Pinguedinis Gallinæ
Anſeris
Anatis ana ℥ 1.
Olei rutacei ℥ 3.
Salis ℥ 3.
Miſce,& fiat clyſter.

CLYSTER PRO OMNI infirmitate. VII.

℞. Iuris carnium vel
Decocti maluæ, violariç,& hordei lib. 1.
Sacchari rubri ℥ 1. s.
Vitel. ouorum N. 1.
Olei uiolati ℥ 3.
Salis ℥ 3.
Miſce,& fiat enema.

De

## *De ſuppoſitorÿs, ſiue glandibus,* *Cap.* 30.

GLans, ſiue βάλανος Græcis, Barbaris à ſubijciendo, ſuppoſitorum: glandium figura conformatum medicamentum, quo aliquando vtimur in his, quorum aluus ob ſtercus arridius non purgatur, ad educenda; quæ per clyſterem iniecta non redduntur: vel in quibus uires languent, ob id clyſteris iniectionem non tolerant, ſedi inſita, vt altius impellantur; molliant, extrahāt, erodant, & pruriendi vi, nō modo ceſſantia ſolicitent excrementa, verùm etiam mucoſum humorem vehementius extrahant, flatus diſſipent, dolores ſedent, ſtupefaciant. Sunt autem quædam leues, quales ſunt, quæ ex betæ radice, melle puncta, ſuillo adipe; ſale conſperſo, ficu inuerſa, & butyro adiecto ſale, & id genus alijs parantur. Quædam verò mediocres, vt ſunt, quę è vitello oui, addito ſale, componuntur. Item quę è ſale & melle duntaxat conſtruuntur. Nonnullæ ſunt vehementiores, quales ſunt, quæ ſcammonium, colocynthidem, euphorbium, iiſque ſimilia accipiūt. Cùm autem omnis ferè generis glandibus vel accedat, ſciendum erit, illud ſic eſſe commiſcendū vt pondere ſuo ſpeciebus reſpondeat. Quare

danda opera, ut drachmæ vni ſpecierum & ſalis
vncia una mellis addatur. Neque dum compo-
nuntur glandes, ſunt admouendæ ſpecies, niſi
poſt quàm mel ſatis concretum fuerit, quod a-
liàs vis illarum ignis vehemẽtia diſſiperur. Mel
autem lento igne in exiguo cacabo ad ſpiſſitu-
dinem uſq; incoquitur: mox in aſſerem coniе-
ctum, in glãdes indicis, aut digiti modo lõgas,
craſſaſque formatur. Dum autem glandes ſubij
ciuntur, prius oleo, butyro, aut alia pinguedine
illitas eſſe oportet: ſic enim minori moleſtia in
duntur. Indũtur autem ante cibum vna vel dua
bus horis. Porró ſpecies, quas glandium com-
poſitiones accipiunt, aut aluum deijciunt, aut
flatus diſcutiunt, aut ſtupefaciunt, vt ex formu-
lis ſequentibus perſpicuè patebit.

I.

℞. Mellis cocti, & concreti ℥ 2.
Pul. euphorbij ℈ s.
Colocynthidis gr. 4.
Hellebori albi gr. 2.
Salis ʒ 1.
Miſceantur ſingula, & formentur glan-
des.

II.

℞. Mellis ℥ 1.
Spec. hieræ piere ʒ 1.
Salis gemmæ ʒ s.
Decoquantur mel, donec craſſitudinẽ iuſtam
accipiat

accipiat: deinde addantur ſpecies, & ſal, formenturque glandes.

III.

℞. Semen. aniſi
Cumini
Fœniculi ana ℈ 1.
Carei ℈ 2.
Colocynthidis ℈ 1.
Salis communis ℥ 1:

Poluerizentur ſingula, & cum mellis concreti ℥ 1 s. coeant, digeranturque in glandes.

IV.

℞. Opij ℈ 1.
Croci. Caſtorei ana ℈ s.

Tuſa & cribrata cum melle cocto aut cera, & oleo nymphea in unum coeant, formenturque glandes, quibus filum appenſum eſt.

---

## *De peſſis, Cap. 31.*

PEſſus Barbaris peſſarium, pro vterino clyſteri quibuſdã vſurpari conſueuit. Horum tres ſunt differẽtiæ. Alij ſiquidẽ emolliunt, alij aſtringũt, alij aperiũt. Emolliẽtes ex cera, oleis, pinguedinibus anſeris, aut gallinæ, butyro ſalis experte, reſina, medulla ceruina, fœnogræco & ſimilibus fiunt, fiunt autem ad craſſitudinem inſtar ſtrigmenti, & paulò ſpiſſiorem, deinde

linamento tortili ſimilis duplicata, in medicamentum tincta, ori vuluæ condenda ſic eſt; vt filum prælongum alligatum habeat, quò facilè poſſint extrahi, quando viſum fuerit: nunc linteo, ſericoue tenuiſſimo obducta, ad digiti formam conſuta, genitalibus mulierum partibus induntur. Aperientes verò parantur ex melle, artemiſia, dictamno, braſſica, glycyrriza, ſucco rutæ, porro, ſcammonio, & id genus aliis. Aſtringentes componuntur ex bolo armeno, ſanguine draconis, ſucco plantaginis, burſa paſtoris, ſtercore porcino, &c. Hac autem ratione componũtur, vt ad ceræ, aut mellis cocti unciam unam etiam medicamenti morbo accommodari altera miſceatur. Subijciũtur autem ueſperi, & dum ſomni tempus appetit, & ſex, aut ſeptem horis in vtero relinquuntur, ac ſubinde extrahuntur. Porrò emollientes uteri inflammationibus, exulcerationibus, auerſionibus, & inflationibus accommodantur. Aperientibus veró utimur, cùm ſuppreſſos menſes euocare, aut uterum conniuentem, aut compreſſum emendare conamur. Adſtringentes contrarium aperientibus uſum præbent. Nam fluxum muliebrem cohibent, & apertum, laxumue vterum contrahunt, prolapſumque reprimunt, atque propulſant.

PES-

PESSVS EMOLIENS. I.

℞. Butyri ſalis experti ℥ 3.
Medullę ceruinæ
Adipis anſeris
Gallinę ana ℥ 1.s.
Maſticis. Meliloti ana ℥ 1.
Semen. lini
Fœnigræci ana ℥ 1 s.
Ouorum vitella N. 3.
Olei roſacei
Irini ana ℥ s.

Ceræ q ſufficit ad craſſitudinem iuſtam inducendam: deinde lana duplicata in hoc medicamento intincta, vtero ſubijciatur.

PESSVS APERIENS menſesq; prouocans. II.

℞. Pul. pil. fœtidarum ℥ 6.
Succi mercurialis, quantum ſufficit, fiat peſſus, & linteolo illigatus, vtero inferatur.

III.

℞. Artemiſiæ. Abrotani
Dictamni ana ℥ 1.
Rad. acori
Rubiæ tinct. ana ℥ 6.
Nigellæ ℈ 1.
Baccarum lauri ℈ s.
Rutæ ℈ 1. Sabinæ ℈ s.
Caſtorei gr. 5.

Myrrhæ. Stactis ana ℥ s.
Sagapeni ℈ 2.

Tuſis, & cribatis ijs, quæ opus eſt, mellis quantum ſatis eſt, vt in coalitum craſſiorem, & vnitatem coeant, adijciatur & ubi opus eſt fingantur peſſi, qui in vuluam indantur.

## PESSVS ASTRINGENS.

### IV.

℞. Cornu ceruini vſti ℥ 1.
Thuris ℈ 2. Gallarum ℥ 1.
Balauſtiorum
Roſ. rub. ana ℈ 2.
Gummi. Acacię
Hypocyſtidis ana ℈ 1.
Boli armeni ℈ s. gr. 5.

Succi plantaginis quãtum ſufficit ad excipiendum · & linteolis deligata fingantur peſſi.

## METENCHITA. I.

℞. Succi vel decocti arthemiſiæ ℥ 3.
Olei liliorum
Ex ſem. lini. Laurini ana ℥ 1.
Myrrhę ℥ 1. s.
ſagapeni. Caſtorei ana ℈ 1.

Commiſtis omnibus fiat clyſter.

### II.

℞. Succi plantaginis ℥ 4.
Olei myrtini

Maſti-

Maſtichini ana ʒ 1.
Succini. Thuris
Boli armeni ana ℈ 1.
Trochiſcorum è ſpodio
E terra lemnia ana ℥ 1.

Terenda terantur, & commiſceantur, fiatque merenchyta.

---

## *De Errhinis, Cap. 32.*

ERrhina, ideſt per nares purgantia, vulgò naſalia appellantur, naribus indûtur, in pyramidis figuram, pulueribus, melle, adipe, aut cera compactis, vt in ſequentibus formulis patebit. Filo alligari ſolent, vt commodius eliciantur. Vſus eſt in diuturnis capitis affectibus, morbo comitiali, oculorum hebetudinibus, narium obſtructionibus, odoratus difficultate, &c. Vtimur autem ijs, corpore prius euacuato.

℞. Nigellæ
Nucis moſchatæ
Cubebarum
Caryophyllorum ana ℥ s.
Piperis albi
Pyrethri ana ℈ 2.
Maioranæ. Cyclamini
Saluię ana ℥ 1.

Tuſa & puluerata terebinthina, & modica

cera

cera excipe, & in formam pyramidalem effinge, filo alligatum naribus inde, valentius fit addendo Helleborí albi ℥ 1.

## *De caput purgijs, Cap. 33.*

CAput purgia ſunt, quæ naribus liquida infunduntur, & attrahuntur, capite ad poſteriora propenſo, poſt ingẽtem inſufflatum, cum ſpiritu ipſo, ne ſtatim deorſum ruat, aliquantulum continetur, ore prius aqua oppleto: ne ſcilicet è naribus, per internum meatum ad os corriuet. E ſuccis herbarum, betę ſcilicet, braſſicæ, cyclamini, maioranæ, foliorum enulę, liquoribusque ijs ſimilibus, oleis, & ſpeciebus medicamentorum præcedenti capite commemoratorum, nempe piperis, pyrethri, nitri, nigellæ, caſtorei, hellebori albi, & horum ſimilium componuntur. Sufficit autem una vice ſemiunciam ſuccorum infudiſſe. Vſus idem vt errhinorum.

I.

℞. Succi betæ ℥ 2.
Aquæ maioranæ ℥ 4.
Pul ſacchari ℥ s. vel
Mellis roſa. col. ℥ s.
Miſce, & tepidum per nares attrahe.

I I.

℞. Succi betæ

Braſ-

Braſſicę. Cyclamini ana ℥ 1.s.
Cōmiſceantur, naribusq; infundantur.

III.

℞. Succi betę ℥ 1 s.
Cucumeris ſylueſtris ℥ 3.
Aquæ maioranæ ℥ 2.
Cuberbarum. nigellæ
Piperis albi ana ℈ 1.
Terenda terantur, cōmiſceantur, & naribus infundantur.

IV.

℞. Rad. cucumeris ſylueſtris ℈ 1.
Nigellæ. Piperis albi
Myrrhæ ana ℈ 2.
Tritis & contuſis addatur olei de piperibus, quod ſatis eſt, & naribus illinatur.

## *De Sternutamentis, Cap. 34.*

STernutamenta ſunt, quæ ſicca naribus indita, aut calamo inſpirata ſternutamēta ciēt, atque adeò pituitam, ac mucum à cerebro eliciunt. Conficiuntur ex pipere, pyrethro, helleboro albo, caſtoreo, nigella, maiorana, & id genus alijs, vt formulis ſequentibus patebit. Admonendi ſunt qui ſumūt, vt ſurſum rapiant. Vſus idem vt errhinorum.

I.

℞. Nigellæ. Maioranę
Caryophyllorum ana ℈ 2.

Zin-

Zingiberis. Piperis albi.
Struthij ana ℈ 1. Caſtorei ℈ s.
Tritis & commiſtis fiat ſternutamentum.

II.

℞. Cubebarum
Nucis Moſchatæ
Rad. iridis ana ʒ s. Pyrethrj ℈ 1
Hellebori albi ℈ s.
Piperis albi. Acori ana ʒ 1.
Tritis vitior.

---

## *De apophlegmatiſmis, Cap. 35.*

APophlegmatiſmi, vulgò maſticatoria, varij vſus medicamina, vel trita, in ſacculũ cõiecta, dentibus premuntur, & per os diducuntur: vel integra, uel contuſa, ſucco aliquo excipiuntur, & diu in ore retenta, vel maſticata, ſaliuam exciunt, noxioſque humores à capite, quod maximè expurgatur, in os deriuant. quo tunc deorſum nuere oportet, atque attractam materiam expuere. Fiũt ex ſyrupis, hyſſopo, origano, thymo, pulegio, maſtiche, zingibere, pipere, pyrethro, radice acori, corticib. capparum, vua paſſa, & id genus aliis. Vtendum autem matutino tempore, corpore prius euacuato. Poſt vſum illorum, aqua calida os abluendum erit, &c. Vſus idem vt errhimorum eſt.

I. ℞, Py-

I.

℞. Pyrethri. Cubebarum
Staphiſagriæ ana ℈ 2.
Maſticis. Piperis albi ana ℥ s.
Paſſularum enucleatarum ℥ 2.

Contuſis ſingulis, fiat ſacculus mandutilis, vel ex melle exceptis, fiant paſtilli manſiles.

II.

℞. Origani. Hyſſopi ana ℥ 1.
Sinapi ℥ 2. Piperis albi ℥ 1. s.
Zingiberis ℥ 1. Maſticis ℥ 1. s.

Trita excipiantur ſucco betæ, aut melle & formentur manſiles paſtilli.

III.

℞. Staphiſagriç
Cubebarnm ana ℥ 1. s.
Maceris ℥ 1.
Cort. rad. capparis ℈ 2.
Rad. acori
Nucis moſchatæ ana ℥ s.

Trita excipiantur maſtiche, piſtillo calido adhibito, finganturque paſtilli manſiles.

## De Gargariſmis, Cap. 36.

Gargariſma liquidum eſt medicamentũ, ſpirituoſe in fauorib⁹ agitandũ, at nõ deglutiendum, in ſynanche potiſſimũ, gulæ, & capitis affecti-

affectibus vſitatum, ex liquoribus ſtillaritijs, uel decoctis, ſyrupis, aliiſque diuerſi modè paratur. Quidã obſeruant, vt ad ſuccos medicatos, vel ſyrupos, triplum liquorum adijciatur. Verbi gratia ſi ſerapiorum, & ſuccorum medicator. ℥ 2. ſint, liquorum eſſe debent ℥ 6. In horum autem vſu obſeruandum, vt tepidã quadam caliditate præditi ori admoueantur, id quod tamen in iis, qui deſtillatione capitis ex tenuibus & acrib. humoribus excitato adhibentur, haud fieri debet: nam in illa, quò ſcilicet citius ſiſtatur, frigidis etiam uti licet. Porró gargarizatuum qualitas pro affectus diuerſitate variatur. Alij namq; reprimunt, alij extergunt, aut diſcutiunt: nonnulli aliquid è capite eliciunt. Tempus autem uſurpandi matutinum eſt conueniens, & ueſpertinum ante cibum.

I.

℞. Diacorij. Diamori ana ℥ 1.s.
Vini granatorum
Aceti roſ. ana ℥ 1.
Aqu. roſar. ℥ 2.
Aqu. plantaginis ℥ 4.
Miſce, & fiat gargariſmus.

II.

℞. Succi è ribes
Ex oxyacantha ana ℥ s.
Diamori ℥ 1.

Syrupi

Syrupi de papauere ʒ s.
Succi fragorum ʒ 3.
Aceti ℥ s.
Aquarum roſarum
Plantaginis ana ℥ 1. s.
Acetoſę Lactucæ
Fragariæ ana ℥ 1. s.
Solani ℥ 1.
Nympheæ ℥ s.
Prunellę ℥ 1.

Commiſtis omnibus fiat gargariſma.

III.

℞. Prunellæ. Frigariæ
Plantaginis. Acetoſæ
Polygoni. saluię ana M. 1.
roſ rub. M. s.
Gallarum
Balauſtiorum ana ʒ 2.
conſolidæ maioris ℥ s.

Coquantur in aqua fontana, ad tertias de colatura accipe ʒ 13 quibus adde
Diacorij. Diamori
Syrupi myrtini ana ℥ 1. s
Aluminis ʒ 1.

Bulliant iterum, fiatque gargariſmus.

I V.

℞. Maioranæ. Saluię
Betonicæ. Origani ana M 1

T Pipe-

Piperis longi. cubebarum ana ℥ 1.
Pyrethri. zingiberis ana ℥ s.
Coquantur in libra vna aquæ vſque ad tertiæ partis conſumptionem. Colaturæ adde.
Mellis roſati col. ℥ 1, s.
Oxymellis ſcillitici ℥ 1.
Commiſtis omnibus fingatur gargariſmus.

V.

℞. Aquarum betonicæ
Hyſſopi
Origani an. ℥ 1. s.
Oxymellis ſcillitici ℥ 2.
Hieræ picræ ℥ s.
Miſce, & fiat gargarizatus.

## *De Trochiſcis, Cap. 37.*

TRochiſcus, uel paſtillus, ſiue placentula Latinis, eſt medicamentum planũ, in rotę, aut orbiculi, ſeminiſue lupini formam coactum, etſi quadrati hodie pluribus fiant, ſimplicibus ad compoſitionem aptis, in pollinem tritis, conuenicnte humore ſubiguntur, & in paſtillos contemperatè digeruntur: qui quum poſtulat vſus triti ex aqua, aut vino, aut alio quouis cõpetẽti liquore, præſtantur ebibendi. Porrò paſtillorũ qui citra aliorum medicamẽtorum commiſtionem ſumũtur, pondus haud excedat drachmã

vnam,

vnam, vel drachmam vnam & ſemis. Et ij ſanè, quorum compoſitionem opium ingreditur, pōdere ℈ 1. aut. ʒ s. dantur. Nonnunquam antidotis, ſuccis, ſaccharis, catapotijs, clyſteribus, vnguentis, aliiſque eius farinę commiſcentur. Cæterùm cum quibus partibus conſentire debeāt trochiſci, ipſa pars affecta commodè docebit. Siquidem alij reſpiciunt

HEPAR.

Trochiſci Galliæ moſchatę
De agarico, &c.

PECTVS.

Trochiſci Aliptæ moſchatæ
De agarico.
De terra ſigillata.
Becchij, &c.

VENTRICVLVM.

Trochiſci ramich.
Diarrhod. Abbatis
de berberis
Galliæ moſchatę
De roſis.
De caphura
De ſpodio.

CAPVT.

Trochiſci ramich.
De eupatorio
De lacca. De rhabarb.

Diarrhod. Abbatis
De berberis
De roſis
De caphura
De ſpodio
De abſynthio, &c.

SPLENEM.

Trochiſci de cappatibus
De eupatorio
De lacca, &c.

RENES, ET VESICAM.

Trochiſci de halicacabo.
De terra ſigillata, &c.

MATRICEM.

Trochiſci de Myrrha.
De terra ſigillata
De carabe, &c.

TOTVM CORPVS.

Trochiſci Alhandali, &c.

Porrò cùm trochiſci commodè deglutiri nequeant propter rotunditatem depreſſam, Medici in forma pilularum, aut electuarij, aut pulueris exhibere conſueuerunt, hoc modo.

I.

℞. Trochiſcorom becchicorum
De terra ſigillata ana ℥ s.

Cum ſyrupo de papauere quantum ſatis eſt; fiant pilulę N. 5. vel 6.

II. Pil.

II.

℞. Pil ſœtidarum ℥ 1.
Trochiſcorum è myrrha ℈ 1.
Cum aqua arthemiſiæ formentur pilulę N. 11.

III.

℞. Trochiſcorum de eupatorio ℥ 1.
Sacchari in aqua abſynthij diſſoluti, quantū ſatis eſt, fiant tabulæ, vel rotuli.

IV.

℞. Trochiſcorum è ſuccino
Eſpodio ana ℥ 2.
Conſolidæ maioris
Boli armeni
Balauſtiorum ana ℥ 1.
Tuſis & cribratis ſingulis commiſceantur, fiatque puluis.

## *De Collyrijs, Cap. 38.*

Collyria, id eſt ocularia medicamenta, quędam liquida ſunt, priuatim hac voce nuncupata: quędam arida, Barbaris Sief, uel paſtillorum more, aut pyramidarum inſtar cōpacta. Liquida fiunt ex aquis deſtillatis, vt roſarum, plātaginis, myrthi, portulacæ, caprifolij, &c aut ex ſuccis herbarum fructuumue repurgatis, quibus parum albuminis ouorum adijcitur: quorum gutta una, aut altera oculorum angulis

inſtillant. Arida ex metallicis conficiuntur, herbis, floribus, fructibus, aliiſque plantarum partibus, tenuiſſimè tritis, ac liquore aliquo cõpetenti, in pyramidis ferè, vel trochiſcorum formam redactis: quę vſus tempore, vel trita, ac in cote leuigata, & in tenuiſſimũ pollinem coacta, aqua aliqua diſſoluta, inſtillantur: vel arida inſpirantur, aut intra palpebras ponuntur. Porrò vtimur his in oculorum diuerſis morbis, vlceribus vulneribus, fiſtulis, ſuffuſionibus, & id genus alijs. Sed formulis res clarior erit.

I.

℞: Aquarum roſarum.
Plantaginis ana ℥ 1.
Collyrij albi in cote leuigati ℥ 3.
Miſce, & fiat collyrium.

I I.

℞. Aquarum plantaginis
Roſarum ana ℥ 1.ſ.
Collyrij è glaucio ℥ 1.
E roſis ℥ ſ.
ceruſſæ lotæ
Boli armeni ana ℈ 1.
Opij gr. 3. Croci gr. 2.
Commiſtis omnibus, fiat collyrium liquidũ.

III.

℞. Aquarum roſarum
Buphragiæ

Cheli-

Chelidonij maioris
Fœniculi ana ℥ i.
Vini optimi ℥ i.s.
Aloes ʒ i.
Tutiæ præparatę ʒ s.

Commiſtis omnib. fiat collyrium liquidum.

I V.

℞. Ceruſſæ decies in aqua roſa. lot. ʒ i.
Sarcocollę ℈ 2.
Tragacanthę
Amylli ana ℈ i.
Opij gr. 4.

Leuigata omnia, & ſucco fœnigreci excepta, in collyria digerantur arida.

V.

℞. Lycij
boli armeni ana ℈ i
Aloes
Acaciæ ana ʒ i.
Gummi ʒ i.s.
collyrij è glaucio ʒ 6

Cum ſucco cotoneorũ, fiant collyria arida. Porrò utimur collyrio roſaceo, & è glaucio, cũ aſtringendi aut reprimendi neceſſitas vrget. Albo uerò & rubro, cùm glutinandi: viridi uerò cùm erodendi, &c.

## De Electuarijs, Cap. 39.

ELectuaria, antidota liquida ſunt. Hodie ferè cōponuntur ex conſeruis, conditis, ſpeciebus electuariorum, alijſque medicamentis corroborantibus, additis ſyrupis appropriatis: ita vt communiter pro qualibet vncia cōſeruarū, drachma vna ſpecierum ponatur, plus minuſue pro Medici intentione: conditorum verò doſis ℥ 1. non excedat: ſyrupi verò, quantum ad electuarij iuſtam conſiſtentiam ſufficit, vt in ſequentibus formulis ui ſere licebit. Porrò qualitatem electuariorum ipſe affectus, ſiue morbus indicabit. Modus verò exhibitionis à drachma vna, vſque ad ℥ 2. pro ſumentis habitu & affectu. Dantur duabus horis ante cibum, id quod rectè fit in illis, quę ſtomachum confortant. Quæ autem caput iuuant, exhibeātur poſt cœnam una hora ſabę quantitate. Cæterùm quibus membris appropriata eſſe debeant electuaria, ipſa pars affecta commodè demonſtrabit. Iuuabunt autem atque excalfacient.

C AP V T

Aurea Alexandrina.
Plirisarcoticum
Theriaca fermentata.
Mithridatum.
Diaolibanum.

Dia-

Diacaſtorium.
Theodoritum
confectio anacardina
nux indica condita
Diambra
Diamoſchum
diacorum
chebuli conditi
dianthos
conſerua ſaluiæ
conſer. flor. ſtœchadis
conſer. maioranæ
conſer. betonicę
conſeru. roriſmarini
cōſer. primulę veris, &c.

*Verbi gratia.*

℞. Conſeruæ maioranę
Betonicæ
Florum roriſmarini ana ℥ 6.
Spec. diambrę
Diamoſchi ana ℈ 2.
Nucis indicæ conditæ
Myrobalanorum chebulorum condit. ana ℥ 2.
Miſce, & cum ſyrupo de betonica, vel de ſtœchade fiat electuarium.

ELECT. CALEFACIENTIA

Pectus.

Diaris. Diapenidium
diapraſſium
diahyſſopum
diacalamenthum
diatragacanthum cal.
diathamaron
loch de pino
loch ſanum & expertum
loch de ſcilla
loch de pul. vulpis
conſerua hyſſopi
conſerua capill. veneris, &c.

*Exempli.*

℞. Conſeruæ hyſſopi
capil. veneris ana ℥ I.
Spec. diapendidij
Diaireos ſimp. ana ℨ I.
Syrupi de hyſſopo vel de glycyrrhiza q. ſatis eſt.
Commiſtis omnibus, fiat electuarium.

ELECT. CALEFAC. COR.

Aromaticum roſarum
diambra. dianthos
diamargaritum cal.
Diagemma. diamoſchũ.

Elect. lætificantis.
Diaxyloaloes
Pliriſarcoticum
confectio citri
cort. citri conditi
nux moſchata condita
bugloſſum conditum
elect. pomorum.
conſerua borraginis
conſer. bugloſ.
conſer. meliſſæ
conſerua anthos, &c.

℞. Conſeruæ anthos ℥ s.
Borragin.
bugloſſæ ana ℥ 1.
Spec. diamarg. calidi
Pliriſarcotici ana ℈ 2. vel ʒ 1.
Cort. citri conditi ʒ s.

Cum ſyrupo conſeruationis citri formetur electuarium auro coopertum.

ELECT. CALEFAC. STOMACH.

Theriaca fermentata
Mithridatum
Aromaticum roſarum
Diagalanga
dianiſum
diaciminum
diacinnamomum.

Dia-

Diatrion pipereon
Diazingiber
Diaxyaloes
Galanga condita:
Gingiber conditum.
conſerua menthæ
diacitonium cõpoſ. &c.

℞. Conſeruæ menthę ℥ 2.
Diacitonij compoſ. ʒ s.
Spec. aromat. roſ.
Diagalangæ ana ʒ s.
Zingiberis conditi ℥ s.
Cum ſyrupo de mentha fiat electuariũ.

ELECT. CALEFAC. HEPAR.

Diacinnamomum
Diacalamentum
confectio rauedſeni
Diacoſtum
conſerua capill. veneris
Dialacca
Diacucurma.

℞. Conſeruæ eupatorij ℥ 1 s
capill. Ven. ʒ s.
Spec diacinnamomi ʒ 1.
Diacoſt. ℈ s.
Cum ſyrupo de eupatoria fiat electuarium.

ELE-

ELECT. CALEFAC. SPLENEM.

Diacalamenthum
Diacapparis
Diacoſtum
conſerua borraginis
Triphera magna
Triphera minor
Acorus conditus
conſerua eupat. &c.

R. Conſeruæ eupatorij ℥ s.
Borraginis ℥ s.
Spec. diacalaméti ʒ 2.
Acori conditi ℥ s.

Cum ſyrupo de calamentho fiat electuariũ.

ELECT. CALEFAC. MATRICEM.

Electuar. de gemmis
Diacalamentum
Diambra
Tryphera magna
Diamoſchum
Elect ducis
Elect. dulce
conſerua arthemiſiæ
conſerua meliſſæ
Extractum iuniperi
conſerua maioranę, &c.

R. Conſeruæ meliſſę ℥ 1. s.
Maioranæ ℥ s.

Spec.

Spec. diagemmæ ℥ 1.s.
extracti iuniperi ℥ 1.
Cum ſyrupo de arthemiſia fiat electuarium.

ELECT. CALEFAC. IVNCTVRAS.

Confectio anacardina.
Diazingiber
Diacorum
Acorus conditus
conſerua ſaluiæ
conſerua flor. roſmarini.
conſer. flor. ſtœchados
conſer. primulæ veris, &c.

℞. conſeruæ ſaluiæ ʒ 1.s.
Anthos ʒ s.
Spec. Diazingiberis ℥ 1.s.
Acori conditi ʒ s.
Cum ſyrupo de ſtœchade fiat electuarium.

ELECT. FRIGEFAC. CAPVT.

Diacodyon.
loch de papauere
conſerua roſarum
conſerua violarum
conſerua flor. nenuphar.
Philonium perſicum, &c.

℞. conſeruæ roſarum
Nenupharis ana ʒ 1
loch de papauere ʒ s.
Cum ſyrupo de papauere fiat electuarium.

ELE-

ELECT. REFRIGER. PECTVS.

Diatragacanthum frigidum
Diapenidion ſine ſpec. calidis
Diapapauer.
Ioch de farfara ſimp.
conſerua violarum.
℞. Conſeruæ violarum ℥ 2.
Spec. diatragacanthi frig.
Diapenidij ana ℥ 1.
Cum ſyrupo violaceo fiat electuarium:

ELECT. FRIGEFAC. COR.

Diamargariton frig.
Diarrhod. Abb. ſine ſpec. cal.
Triaſandalum.
Manus Chriſti perlata
conſerua roſarum
conſerua bugloſſę
conſerua acetoſę
Poma condita, &c.
℞. conſeruę acetoſæ
roſarum. borrag.
bugloſſæ ana ℥ s.
Spec. diamarg. frig. ℥ 1.
Margaritarum præparatarum
corallij rubri præparati ana ʒ s.
Fol. auri N. 3.
Cum ſyrupo acetoſæ fiat electuarium auro obductum.

ELE-

ELECT. FRIGEFAC.
Stomachum.

Diacitonium ſine ſpec. cal.
Diarrhod. Ab. ſine ſpec. cal.
Electuar. de ſorbis
conſer. roſar.
conſer. violar.
cotonea condita
Meſpila condita, &c.

℞ conſeruę roſarum
Violarum
Diacitonij ſimp. ana ℥ ſ.
Spec. diarrhod. Abb. ʒ ſ.
Cum miua cotoneorum fiat electuarium.

ELECT. FRIGEFAC. HEPAR.

Triaſantal.
Diarrh. Abb.
conſerua roſarum
conſerua violarum
conſerua cichorij
rad. cichorij conditi, &c.

℞. conſeruæ cichorij
Violarum ana ℥ 1.
roſarum ℥ ſ.
Spec. Triaſantali
Diarrhod. Abb. an. ʒ ſ.
rad. cichorij condit. ℥ ſ.
Cum ſyrupo de endiuia fiat electuarium.

ELE-

ELECT. FRIGEFAC. SPLENEM.

Triaſantalum
Diarrhod. Abb.
conſerua violarum
conſerua bugloſſæ

ELECT. FRIGEFAC. MATRICEM.

Triaſantalon
Diarrhod. Abb.
conſerua nenupharis
conſerua violarum
conſerua roſarum, &c.

## *De Tabulis, rotulis, & morſellis,* Cap. 40.

SOlidorum confectionũ triplex eſt forma, rotũda videlicet, quadrata, & oblonga. Quæ rotundam orbiculareq; formam recipiunt, orbiculi, ſiue rotulæ dicuntur. Quę quadrata forma effinguntur, Tabulæ nominantur. Quæ figuram oblongam accipiunt, Morſelli appellãtur. componuntur magna ex parte, ex ſpeciebus electuariorum, & ſacchаro in aqua ſtillatitia aliqua conuenienti, diſſoluto, & ad perfectionem decocto. Interdum caponum, & perdicum pulpę, amygdalę, nuces pineæ, vuę paſſæ, & id genus alia, commiſcentur. Fiunt nonnunquam ex medicamentis, quæ aluum ſoluunt, in puluerẽ

redactis, & tabulę purgantes dicuntur. Porrò ſpecierum & medicamentorum qualitas ab ipſo affectu deſumenda erit. Proprietas verò ab ipſo loco affecto. Quæ autem proprietatem cũ capite, pectore, corde, ſtomacho, hepate, ſplene matrice, &c. habeant, ex præcedenti capite petẽda erunt. In rotulis parandis accipiuntur vncię quatuor ſacchari ad drachmas duas ſpecierũ. In tabulis verò & morſulis parãdis eadem ſeruatur quantitas: alij tamen ad libram unam ſacchari ſumunt ſpecierum dracmas octo: alij duodecim; præſertim in tabulis purgantibus. Tempus exhibitionis ante cibum duabus, vel tribus horis. Purgantes verò tabulę tribus, aut quatuor horis cibos præcedere debent. Exhibẽtur ex iis orbiculi duo, aut tres, plus aut minus pro morbi conditione. Morſulus unus, niſi admodum exiguus ſit pro vice ſufficit. Ex purgãtibus vt plurimum non datur, niſi vncia ſemis, interdum verò plus, minuſq; pro ſumentis viribus, per ſe, vel trita in iuſculo capi, vel galli. Sed formulis res clarior erit.

## TABVLAE CORROBORANTES & calefacientes Caput.

℞. Spec. diambræ ʒ i
Diamoſchi ʒ s.
Cinnamomi ℥ i.

Macis
caryophyllor. an. ℈ s.
cardamomi minoris
cubebarum ana ℈ 1.
Nucis moſchat. ℈ 1. s.
Sacchari in aqua maioranæ diſſoluti, &
ad perfectionem cocti ℥ 3.
Fiant tabulę ſecundum artem.

PECTVS.

℞. Spec. Diaireos
Diahyſſopi
Diapraſſij
Diapenidij ana ʒ s.
Olei ſœniculi guttas 5.
ſacchari in aqua hyſſ. diſs. ℥ 2.
Fiant tabulę ſecundum artem.

COR.

℞. Spec. diamargaritonis cal.
Pliris arcotici
Lętitiæ Gal.
Diaxyloeloes ana ℈ s.
cinnamomi ℈ 2.
caryophyl. Macis an. ʒ s.
ligni aloes
cort. mali citri ana ℈ 1.
Oſſis de corde cerui
ramentorum eboris
Vnicorni ana ℈ s.

Fol. auri N. 3.
Sacchari in aqua borraginis, diſ-
ſoluti ℥ 3.
Fiant tabulæ.

VENTRICVLVM.

℞. Spec. aromat roſ.
Diagalangæ ana ʒ s.
Cinnamomi ʒ 1.
Macis
caryophyllorum ana ℈ s.
calami aromatici ℈ 1.
Nucis moſchatæ ℈ s.
Sacchari in aqua men. diſſol ℥ 3.
Fiant tabulæ ſecundum artem.

HEPAR.

℞. Spec. Diarrhod. Abb.
Diacurcumæ
Dialaccæ ana ℈ 1.
cinnamomi ʒ 1 s.
Macis ℈ 1.
caryophyllorum ℈ s.
Sacchari in aqua eupat. diſ. ℥ 4.
Fiant ſecundum artem rotulas

SPLENEM.

℞. Spec. Diarrhod. Abb.
Diacalamintæ

Tro-

Trochiſcorum de cappare ana ℈ 1.
cinnamomi ʒ 2.
Macis ℈ s.
Sacchari in aqua ſcolopendriæ diſſoluti ℥ 4.
Fiant rotulæ ſecundum artem:

MATRICEM.

℞. Spec. Diagemmæ
Diamuſci
Diambræ ana ʒ s.
cinnamomi ʒ 1.s.
Macis ℈ s.
caryophyllorum ℈ s.
Nucis moſchatæ ℈ 1.
Saccari in aqua arthemiſiæ diſſoluti ℥ 4.
Fiant rotulę.

ROTVRAE CORROD. ET refrigerantes Ventric. Hepar, Splenem, & Matricem.

℞. Spec. Diaſantali
Diarrho. Abb. ſine ſpec.
ana ʒ 1.
Trochiſcorum é ſpodio ℈ 1.
Sem. endiuiæ
Cucumerum
Portulacæ ana ℈ 1.
Marg. pręparatarum ℈ s.

corallí rubri præparati
santali albi
rubri ana ℈ 2.
ſacchari in aqua roſ. diſſoluti ℥ 4.
Fiant rotulæ ſecundum artem.

MORSVLI CORROBORANTES.

℞. Pulpæ caponis ℥ 1.
Perdicis ℥ s.
Teſticulorum galli ʒ 3.
Nucis pineæ
Amygd. dulciũ an. ʒ 1 s.
Piſtaceorum ʒ 1.
Sem. 4. frig. maio. an. ʒ s.
Spec. diamargaritonis
lætitię gal.
Dianthi ana ℈ 2.
cinnamomi electi ʒ 1.
ligni aloes
Macis ana ℈ 1.
Sacchari in aqua borrag. diſſoluti quantũ ſufficit, formẽtur morſuli, auro obducti.

## *De Trageis, ſiue Tragematis, Cap. 41.*

TRagemata, vulgares Trageos, & trituras appellant. Componuntur ex ſpeciebus electuariorũ, odoratiſq; aliis reb. & medicamẽtis ſimpli-

ſimplicibus in puluerem redactis, ſaccharo adiecto. In his conficiendis communiter capitur ℥1. ſacchari ad ſingulas drachmas ſpecierũ. Specierũ qualitas ab ipſo affectu ſumenda eſt. Proprietatem verò ipſe locus affectus demonſtrabit. Exhibentur drachmę vnius ad duarũ pōdere, cum pane toſto, vino odorato madeſacto, manè ſtomacho ieiuno, & veſperi, duabus, vel tribus horis ante cœnam: interdum etiam poſt cibum, quando vapores in caput exhalantes prohibere volumus, q̃ tamẽ nullo odore, vel ſapore acri prædita eſſe debent. Nos formulis aliquot, quæ diximus perſpicua reddemus.

TRAGEMATA CORROBORANTIA, & calefacientia Caput.

℞. Spec. diambræ
Diamoſchi ana ℈ s.
Plirisarcotici ℈ 1.
cinnamomi electi ʒ 1:s.
Macis
caryophyllorum
Nucis moſchatæ ana ℈ s.
cardamomi minoris ʒ s.
Sacchari albiſſimi ℥ 3.
Miſceantur ſingula, & fiat trag.

PECTVS.

℞. Spec. Diaireos
Diapenidij ana ʒ s.

Rad. iridis ℈ 2.
Pul. glycyrrhizæ ℈ 1.
cinnamomi ʒ 1.
ſacchari albi ℥ 3.
Miſce, & fiat tragea.

COR.

℞. Spec. dianthos
Diambrę
Diaxyloaloes
Pliris arcotici ana ℈ 1.
Been albi
Been rubri
ligni aloes
oſsis de corde cerui
raſurę eboris ana ℈ ſ.
cinnamomi ʒ 1
ſacchari albiſſimi ℥ 3.
Miſce, & fiat tritura.

VENTRICVLVM.

℞. Spec. Diagalangæ
Dianiſi
Diazingiberis ana ℈ 1
cinnamomi electi ʒ 1. ſ.
Piperis longi
caryophyllorum
Macis ana ℈ ſ.
ſacchari albiſs. ℥ 3.
Miſce, & fiat tragema.

HEPAR.

℞. Spec. Diacinnamomi
Dialacoæ
Diacucurmæ ana ℈ 1 s.
cinnamomi ℥ 1
Macis
caryophyllorum
Spicæ indicæ ana ℈ s.
ſacchari albiſs. ℥ 3.
Miſce, & fiat tragema.

SPLENEM.

℞. Spec. Diarthod. Abb.
Diacapparis ana ℈ 2.
Maceris, Nucis moſchatæ
caryophyllorum ana ℈ 1.
cinnamomi electi ℈ 5.
ſacchari candidiſſimi ℥ 4
Miſce, & fiat tritura.

TRAGEMATA REfrigerantia

CAPVT.

℞. Spec Diarrhod. Abb.
Driaſantali ana ℈ 2.
Flor roſ. rub. ℥ s.
Sem. papaueris albi ℈ 1. s.
cinnamomi ℈ 2.
ſacchari albi ℥ 3:
Fiat tritura.

PECTVS

℞. Spec. Diatragacanthi frigidi ʒ 1.
sem. papaueris
lactucæ ʒ s.
Sacchari candidi, vel penidij ℥ 2.
Miſce, & fiat tragea.

C O R.

℞. Spec. Diamargaritonis frigidi
Margaritarũ præparatarũ añ. ℈ 1. s
Frag. lap. pretioſorũ
ſem mali citri ana ℈ s.
cinnamomi ℈ 1.
ſacchari albiſſimi ℥ 2.
Miſce, & fiat tragema.

VENTRICVLVM.

℞. Spec. Diarrhod. Abb. ʒ 1
roſ. rub. ſicc. ℈ 2.
cotoneorum ſicc. ℈ 1.
coralli rubri ℈ 1.
Macis
caryophyllorũ ana ℈ s.
cinnamomi ℈ 1.
Sacchari albi ℥ 3.
Fiat tragema.

H E P A R.

℞. Spec. Triſandali
Diarrhod. Ab. an. ʒ s
Sandali albi, citrini rub.

Roſ. rub.
ſem. cichorij
laċtucę
endiuiæ
ſcariolę ana ℈ ſ.
cinnamomi ℈ ſ.
ſacchari albiſſimi ℥ 2. ſ.
Miſce, & fiat tritura.

---

## *De pulueribus, Cap. 42.*

PVlueres Arabibus ſuffuf, & Acohol vocantur ex variis medicamentis ſimplicibus cõ miſcentur, iiq; diuerſis corporis partibus admi niſtrãtur, veluti, qui à vulgò Medicorũ, & phar macopæorum epithemata cordalia, & hepatica vocantur. Alij ſunt vtiles ad vulnera, & vlcera, idq; in variis corporis partib. & variaa ob cau ſas, vt pulueres capitales adſtringẽtes, ſarcotici erodentes, &c. Sed formulis res clarior euadet.

PVLVIS CAPITALIS
calidus.

℞. Maioranæ
betonicæ
Pulegij
calaminthæ
ſtœchados
cort. mali citri

Caryo-

caryophyllorum
Gummi iuniperi ana ℥ 2.
Commiſtis omnibus, fiat puluis, capiti inſpergendus.

PVLVIS CAPITALIS TEMperatus.

℞. Stœchados ℥ 1.s.
roſarum robrarum
balauſtiarum
Maſticis, Macis
olibani, Myrtorum ana ℥ 1
Nucum cupreſſi ℥ 1.s.
Santalorum ℥ 1.
Fiat puluis tenuiſſimus, commiſſuræ coronali aſpergendus.

PVLVIS AD VVLNERA capitis.

℞. Ariſtolochię pulucrizatæ
Iridis, Panacis
Mannę thuris, Farinæ erui
Squamæ æris ana ℥ 1.
Miſce, & fiat puluis.

PVLVIS PRO EXITV ANI.

℞. Maſticis, Thuris
Nucum cupreſſi,
Antimonij
Malicorij

Glan-

Glandium
Balauſtiarum ana ℥ 2.
In puluerem redacta aſperge.

PVLVIS AD PRAEGNANTES.

℞. Maſticis. Thuris ana ℥ s.
ſanguinis draconis
Myrtillorum. Boli armeni
Granorum tinctorum ana ℈ s.

Tere, & huius drachma dactylum oſsis loco reple, vino madefacito, & papyro inuolutum, ſub calidis cineribus calefac. Da abortum timentibus.

## *De pulueribus purgantibus,*
## *Cap. 43.*

PVlueres purgantes fiunt ex ſimplicibus medicamentis purgantibus, vel ſpeciebus cõpoſitorum, additis ſemper iis, quę vehementiã eorum remittunt, & ſaccharo. Singulorum uerò ſimplicium medicamentorum purgantium pondera ex libro 4. petenda ſunt. Qualitas vero ab ipſa morbi cauſa ſumenda. Dantur in vino, vel abſynthiaco, vel iuſculo, aut alio liquore conueniente, idque ieiunis. Sed formulis res clarior erit. I.

℞. rhabarbari electi ℥ 2.
Spicæ indicę

cinnamomi ana ℈ s.
Sacchari ℈ 2.
Miſce, & fiat puluis purgatorius
II.
℞. rhabarb. alb. ſiue mechoacæ ℥ 1.
Gentianæ
cinnamomi ana ℈ s.
Fiat puluis purgatorius, in vino abſynthiaco ſumendus.
III.
℞. Fol. ſenæ ℥ s.
Hellebori nigri ℈ s.
Zingiberis
Maſticis ana ℈ s.
Tritis omnibus & commiſtis, fiat puluis purgatorius.
IV.
℞. rhabarbari albi ℈ 2.
Foliorum laureolæ ℈ 1.
Spicæ indicæ gr. 5.
Miſce, & fiat puluis, ſumendus cum uino abſynthiaco.
V.
℞. Specierum elect. de pſyllio
Diaphœniconis
Sacchari ana ℥ s.
Commiſceantur ſingula tritura.

V I.

VI.

R. Rhabarbari albi ℥ ſ.
Fol. ſenæ ℈ I.
rad. eſulę
Zingiberis
Gentianæ ana ℈ ſ.
Miſce, & fiat puluis purgatorius.

---

## *De Dentifricijs, Cap. 44.*

DEntifricia, Græ. ὀδοντοτρίμματα vel odōtica dicuntur, ad cādidos & immobiles dētes reddendos, expoliendos, extergendos, ad laxas gingiuas comprimēdas, ad halitùs graueolētiam, diuerſimodè etiam ad alia pręparātur, vel in tenuiſſimum pollinem affricata, vel liquida ad abluendum, vel craſſiora effecta, & circūlita: vt ſequentibus formulis patebit.

I.

R. Cornu ceruini uſti
corallium rub.
Oſſis ſepiæ
Maſticis ana ℥ ſ.
His exquiſitiſſimè puluerizatis, dentes & excarnes gingiuas affricato.

I I.

R. Aquarum menthæ
Saluię. Hyſſopi an. ℥ 7.

Alumi-

Aluminis ſciſſi aſſati, & vino auſte-
ro extincti ℥ 2.
Nitri ℥ 3.
Salis aſſi ℥ s.
Miſce, & diſtilla per alembicum, li-
quorq; ad vſum ſeruetur.

III.

℞. Gallarum, balauſtiorum
Aluminis rupei
Thuris. Myrrhæ ana ℥ s.
corall. rub. oſſir ſepiæ
Maſticis. ſanguinis draconis an. ℥ s
Trita & cribrata excipiantur oxymelite, ſcyl
litico, & uſu exigente illinantur.

---

## *De pomis odoratis, Cap. 45.*

Pomum odoratum, eſt medicamentum, quod citra ignis acceſſionem naribus adhibetur, cerebrum odore ſuo alterans, in orbiculum pomi coactum. Componuntur ex ambra, moſcho, laſere odorato, ſtyrace, ſtacte, ſpica, nigella, maiorana, cariophyliis, ligno aloe, ladano, roſis, ſantalis, caphura, & id genus aliis, vt ſequentibus formulis uidere licebit.

I.

℞. Styracis ℥ 1.
caryophillorum ℥ s.

Laſe-

Laſeris odorati ʒ s.
Moſchi gr. 15. Ambræ ℥ s.
Cum aqua roſarum, & ſtacte vniantur, finganturq; orbiculi odorati.

II.

AD CATHARRVM.

℞. Ladani. Ligni aloes
Stiracis. Coſti. Spicæ ana ʒ s.
Thuris
Galliæ moſchatæ
Myrrhæ ana ʒ s.
Nucis cupreſſi. Gũmi iuniperi
Nucis moſchatæ ana ℥ 1.
Cinnamomi. Caryophyllorũ
Nigellæ ana ℥ 2.
Moſchi gr. 4. Ambrę ℈ 1.
Cum aqua roſarum, & vino odorato, & modica, cera, formetur pomum.

III.

AD PESTEM.

℞. Caphuræ. Ligni aloes
Styracis
Flor. bugloſſæ ana ℈ 2.
Caryophyllorum
Trium ſantalorum
Been albi, & rubri
Myrrhę. Calami odorati
Spicæ. Nucis moſchatę

Thuris
Gummi iuniperi ana ℈ 1.
Succini. Croci
corall.rub.
Antiſpodij ana ʒ s.
Sem. acetoſæ ʒ 3.
Succi portulacæ
Succi mal. aurãtiorũ a ℥ 4.
Nymphea
coriandri torrefacti an. ʒ 2
Terræ ſigillatę ʒ 2.
Boli armeni ʒ s.
Ambræ
Moſchi ana ℈ s.
ladani, aqua roſ. & aceto inſuſi ʒ s.
Terebinth in aqua roſ. lotæ
Syr. ex cort. mali citri ana q. ſ.
eſt ad pomi figuram inducendam.

---

## *De ſuffimentis, Cap. 46.*

SVffimenta, vel ſuffitus, aliis ſuffumigia, vel ſuffumigationes, Græcis Thymiamata: medicamenta ſunt ignitis carbonibus inijcienda, vel in trochiſcos coacta, vel puluerata, ad odoris gratiã, ad tetros halitus expurgãdos, ad capitis in ſubiectas partes defluxus, ad infarctus omnes, aurium tinnitus, & frigidas quaſcunque noxas.

noxas: quæ quidem ſi ad uterinos affectus parē-tur, vel quo muliebria ducant, vel quia euagantem uterum ſtabiliant, diuaricatis cruribus, ſuper infundibulum ſtragulis circundatum, euaporatorio intus occluſo, & muliere pannis diligenter ſuccincta, nec ad caput efferantur vapores, accipienda ſunt. Si autem patulo ore, auri buſuè accipienda ſunt, per tubum, fiſtulamue, capite propenſo efferantur, vel per ſedem perforatam. Fiunt autem ex rebus odoratis, vt moſcho, zibetto, belzoino, ambra, ſtyrace, ladano, thure, gallia, maſtiche, &c. aut fœtidis, videlicet caſtoreo, galbano, bdellio, bitumine, lapide gargate, & id genus aliis. Odorata orbicula ri forma, nunc maiore, nunc minore, interdum glandes repreſentant: interdùm auiculas, quæ vulgò cypria uocantur: alias paſtillorum, vt qui ex alipta, vel moſcho, vel gallia moſchata inſcribuntur: aliàs pulueris craſſi modo fiunt, quæ è formulis cognoſcent ſtudioſi.

I.

℞. Laſeris odorati ℥ 2.
Galliæ moſchatæ
Cinnamomi
caryophyllorum an. ℥ 1
ligni aloes
Fol. lauri ana ℥ 1.

Trita excipiantur ſtacte, & informentur paſtilli pro ſuffimento odorato.

II.

℞. Galliæ moſchatę ℥ 1.
Maioranæ, saluiæ
Roriſmarini ℥ 1. s.
Maceris ℥ 1.
Cinnamomi
Caryophyllorum ana ℥ 1.
Fol. lau. ℥ s. Ligni aloes ℈ 1
Moſchi gr. 3.

Terantur ſingula, & commixtis omnibus fiat puluis, qui exigente vſu carbonibus viuis inſpergatur.

III.

SVFFITVS VTERINVS.

℞. Aſæ fœtidæ, Galbani
Myrrhę, Caſtorei
Seminis rutæ ana ℥ 1.
Cinnamomi
Vnguis odoratæ ana ℥ 2.
Sem fœniculi ℥ 1. s.

Craſſiuſculum pulucrata, prunis inſperge. Ori admotus, vteri præfocationem repentè depellit. Vuluę adhibitus, menſes prouocat, & eorum dolores paulò poſt ſedat.

De

## *De linimentis, Cap. 47.*

Linimenta ſunt; quæ liquida inunguntur. Fiunt ex oleo, adipe, butyro, ſeuo liquefactis, uel aliis, quæ olei ſpiſſitudinem habent, vt ſtyrace liquida, myrrha liquida. Aliquando additur Terebinthina, vel mucilago, vel medulla quæ adipis temperaturæ, & conſiſtentiæ ſimilis eſt. Horum autem nulla certa quantitas deſcribiiur, communiter tamen Medici ad vnciam vnam olei, recipiunt butyri, adipis, cremoris ana ℥ 2. Qualitas oleorum ab ipſo affectu deſumenda eſt. Proprietas verò ab ipſa parte affecta accipitur. Vtimur his calidè duabus vel tribus horis ante cibum.

OLEA CALEFACIENTIA
ventriculum.
Oleum nucis moſchatę
Oleum de abſynthio.
Oleum menthæ.
Oleum Maſtichinum.
Oleum nardinum, &c.
℞. Olei maſtichini
Nardini ana ℥ s.
Succi menthæ ℥ 2.
Ceræ parum
Commiſtis omnibus fiat linimentum.

PECTVS

Oleum amygdalarum dulcium.
oleum amygdalarum amararum.
oleum irinum. Liliorum.
oleum cheirinum, &c.
℞ Olei amygdalarum dulcium
Iriui ana ℥ 1.
Butyri recentis
Pinguedinis gallinæ
Cremoris ſem. lini an. ℥ s
Commiſceantur, & fiat linimentum.

HEPAR.

Oleum amygdalarum amararum
oleum nardinum
oleum de abſynthio
oleum maſtichinum
oleum nucleorum perſicorum, &c.

SPLENEM.

oleum de capparibus.
oleum liliorum.
oleum ſpicæ.
oleum de behen.

VTERVM.

oleum anethinum.
oleum irinum.
oleum cheirinum.
oleum ſpicæ
oleum de caſtoréo, &c.

ARTICVLOS

oleum nardinum
oleum rutaceum
oleum nucum
oleũ nucis moſchatæ, &c.

NERVOS.

oleum coſtinum
oleum maſtichinum
oleum lumbricorum
oleum de euphorbio
oleum de piperibus
oleum anethinum, &c.

OLEA REFRIGERANTIA

CAPVT.

oleum de papauere
oleum mandragoræ, &c.

PECTVS.

oleum violarum
oleum nenupharinũ, &c.

VENTRICVLVM.

oleum cotoneorum
oleum myrthinum
oleum myrtillorum
oleum roſaceum
oleum omphacinum, &c.

HEPAR.

oleum roſaceum
oleum myrtinum

Oleum cotoneorum
Oleum lentiſcinum, &c.

RENES.

Oleum nenupharinum, &c.

VTERVM.

Oleum nymphex.
Oleum lentiſcinum.
Oleum myrtillorum.
Oleum cotoneorum, &c.

OLEA SICCANTIA.

Oleum nucum.
Oleum nardinum.
Oleum ricinum, &c.

OLEA HVMECTANTIA

Oleum commune recens.
Oleum amygd. dulcium.
Oleum violaceum.
Oleum ſeſaminum, &c.

OLEA ASTRINGENTIA.

Oleum maſtichinum.
Oleum menthæ.
Oleum de abſinthio.
Oleum roſaceum
Oleum myrtinum,
Oleum œnanthinum, &c.

OLEA EMOLLIENTIA.

Oleum lini. Oleũ narciſſinũ.
Oleum ſtyracis, &c.

OLEA

OLEA LAXANTIA.

Oleum amygd. dulcium.
Oleum oliuarum.
Oleum iaſminum.
Oleum ſeſaminum, &c.

RAREFACIENTIA.

Oleum anethinum
Oleũ chamomelinũ, &c.

OLEA DIGERENTIA.

Oleum amygdalarũ amarũ,
Oleum nucum.
Oleum oliuarum antiquum.
Oleum rutaceum, &c.

DETERGENTIA.

Oleum tartari.
Oleum myrrhæ.
Oleum de frumento.
Oleum ouorum.
Oleum ſambucinum
Oleum balaninum.
Oleum ricinum.
Oleum raphaninum, &c.

GLVTINANTIA.

Oleum myrrhę.
Oleum nicotianæ.
Oleum balſaminæ.
Balſamum, &c.

SOMNVM INDVCENTIA.

Oleum de papauere
oleum mandragoræ
oleum malorum aureorũ
oleum nenupharinum
oleum hyoſciaminũ, &c.

DOLOREM SEDANTIA.

Oleum anethinum
oleum chamęmelinum.
oleum laurinum
oleum cheirinum
oleum ſambucinum
oleum liliorum alborum
oleum moſchelinum
oleum lini
oleum mal. aureorũ, &c.

℞. Olei anethini
chamomelini
liliacei
E ſemine lini ana ℥ 2.
Adipis caponis
Anatis
Cremoris ſem. altheæ ana ℥ 2.
Commiſtis omnibus fiat linimentum.

## De vnguentis, Cap. 48.

VNguenta craſſioris conſiſtentię ſunt, quàm linimenta, & ualentiora, quę unguinoſo ſuo corpore partibus illita, & cereo quodam lętore craſſitudinem adepta inhærent. Fiunt ex oleis, pulueribus, & cera: interdum etiam adipe, butyro, mucilagine, lacrymis, & gummi, &c. Species & olea iuxta affectuum, quibus adhibentur vnguenta, diuerſitatem uariantur. Sic quoque eorum proprietas, pro locorum affectorum varietate immutanda eſt. Cera, ut conuenientem nāciſcatur conſiſtentiam, adijcitur. in his autem componendis hodie plerique obſeruant, vt vnciæ uni oleorum; drachmam unam ſpecierum; & drachmas duas cerę commiſceant. Sed præſtat ceræ quantitatem eius qui componit arbitrio, ac iudicio relinquere, vt is ſcilicet addat, quantum ad iuſtam unguenti conſiſtentiam ſatis eſt, vt in ſequentibus formulis patebit. Porrò utimur his calidè duabus, uel tribus horis ante cibum:

I.

℞. Olei maſtichini
Nardini ana ℥ s.
Nucis moſchatæ. Macis
caryophyllorū an. ℈ i.
Ceræ quantum ſufficit
Fiat vnguentum.

I I

II.

℞. Olei cotoneorum
Roſacei
Myrtini ana ℥ s.
Balauſtiorum
Sanguinis draconis
Boli armeni
Roſarum rubrarũ ana ℈. 1
Ceræ albæ, quod ſatis eſt.
Miſce, & formetur vnguentũ.

III.

℞. Olei de capparibus
Liliorum alb.
Irini ana ℥ s.
Cremoris altheę
Fœnigreci
Sem. lini ana ℈ 2.
Pinguedinis gallinæ
Anſeris
Traxi ana ℥ s.
Medullæ cruris bubuli ℈ 2
Cort. rad. capp.
Tamaricis ana ℥ s.
Centaurij minoris ℥ 1.
Coſti ℈ s.
Ammoniaci ℈ 1.
Galbani
Bdellij ana ℈ 1.

Diſ-

Diſſolutis gummi in aceto, cum cera quã-
tum ſatis eſt, formetur vnguentum.

VNGVENTA VSVALIA CALIDA.

Vnguentum Arrogon.
Vnguentum Marciaton.
Vnguentum ſtomachicum.
Vnguentum Philagrij.
Vnguentum dialthea.
Vnguentum ex bdellio.
Vnguẽtum Bernardinum, &c.

FRIGIDA.

Vnguentum roſatum.
Vnguentum violatum.
Vnguentum refrigerans.
Vnguentum populeon
Vnguentum caphuratum, &c.

ASTRINGENTIA.

Vnguentum comitiſſæ.
Defenſiuum magiſtrale, &c.

EMOLLIENTIA.

Vnguentum dialthea.
Vnguentum reſumptiuum.
Vnguẽtum de artanita minus
Vnguentum ex bryonia, &c.

ABSTERGENTIA.

Vnguentum apoſtolicum.
Vnguentum album.
Vnguentum de minio.

Vnguen-

Vnguentum baſilicum.
Vnguentum Aegyptiacum.
Vnguentum viride.
Vnguentum citrinum.
Vnguentum rubrum.
Pſoricum.
Vnguentum de lethargyro.
Vnguentum de tutia.
Vnguentum ad pediculos
Vnguentum mercuriatũ, &c.

SARCOTICA.

Vnguentum aureum.
Vnguentum diapõpholygos.
Vnguentum ceraſeos.
Vnguentum apoſtolicum, &c

GLVTINANTIA.

Vnguentum potabile.
Vnguentum aureum.
Vnguentum citrinum.
Vnguen. deſiccatiuũ rub. &c.

ERODENTIA.

Pſoricum.
Vnguentum Aegyptiacum
Vnguentum apoſtolicum.
Vnguentũ ex cãtharidib. &c.

EXTRAHENTIA.

Vnguentum fuſcum, &c.

D O-

DOLOREM SEDANTIA.

Vnguentum anodynum.
Vnguentum D. Gereonis.
Vnguentum ad hæmorrhoides.
Vnguentum pectorale.
Vnguentum ad oculos, &c.

SOPORIFERA.

Vnguentum populeum.
Vnguentum ſomniferum, &c.

PVRGANTIA.

Vnguentum Agrippę.
Vnguentum de artanita maius.
Vnguentum ad vermes, &c.

## De Fomentis, Cap. 49.

FOmenta, hoc eſt, decocta partibus applicita, illas ſuo calore fouentia, & flatus diſſipātia, uel per halitus digerentia, humectantia, lenientia, atq; alia ex vi coctorum pręſtantia, in veſica excipi, vel ſpongia, linteoue filo duplicato, aut laneo panno craſſiore imbuto, & expreſſo, adhibentur, & liquida uocari poſſunt. Fiunt autē uel ex aqua calida, vel uino, vel oleo, vel decoctis herbarum, florum & ſeminum, ad tertias, vel dimidias: interdū etiam ex decoctis cataplaſmatū. Adhibētur autē oculis, thoraci, vētri, ięcori, lieni, renib. veſicę, vtero, &c. Vtimur his

his ſæpe ante quàm vel cataplaſmate, vel vnguentis vtamur, quò pori aperiantur, partes relaxentur, & quodammodo viam muniant aliis remedijs. Ante tamen corporis euacuationem non ſunt temerè adhibenda: tunc enim plus humorum ad calefactam partem traheretur, quã id ſit, quod diſcutitur. Prętereà in febribus ante acceſſionem ipſis vtẽdum, ſed nõ ſtatim per initia, neque cùm copia humorum in toto corpore ſuperat. Quod ad ingredientium quantitatem attinet, pro ſingulis manipulis vel duobus herbarum, libra una humoris addenda eſt. Sed formulis res clarior erit.

℞. Florum chamomillæ
Meliloti. Anethi
Altheę. ana M. s.
Sem. lini. Fœnigreci
Aniſi. Fœniculi ana ℥ s.
Coquantur in ſufficiente quantitate aquæ uſque ad conſumptionem medietatis deinde ſpongiæ, vel linteo duplicato adhibeatur parti.

II.

℞. Maluæ M. 1.
Flor. chamomillæ
Meliloti. Anethi ana M. s.
Sem. lini. Fœnigræci an. ℥ 3.

Co-

Coquantur in lib. 2. aquæ ad medietatem vſque, fiatque fomentum, quod vel in vtre, vel veſica, vel panno laneo, vel linteo duplicato adhibeatur.

IV.

℞. Rutæ M. s.
Lingue ceruinæ
Centaurij min ana M. 1.
Rad altheæ ℥ 1.
Semen. lini ℥ s.
Cort. capparorum ℥ s.

Coquantur in aqua, & aceto q. ſ. ad tertias, deinde ſpongia in iure decocti madefacta lieni applicentur.

---

## *De epithematibus, Cap. 50.*

Epithemata, id eſt liquida medicamēta, componuntur ex aquis deſtillatis, affectui, & parti affectæ proprijs, adiectis pulueribus, vel ſpeciebus aliquot, interdum etiam vino, & croco, interdum aceto, pro partis affectæ natura. Quibus omnibus ſimul mixtis, & agitatis, intinguntur panni linei tepidi, & madefacti, leniterque expreſſi parti applicantur, & ſubinde mutātur, ne calefacti corpus calefaciant. Nunc ſindone, vel laneo panno ex chermes infectis, iiſdemq; immerſis admouentur. Admouentur ſæpiùs iecori & cordi: rarius autem fronti, pectori, ventriculo,

triculo, lieni, renibus, & teſtibus. His quę cordi applicantur, aliquid vini optimi, & croci miſceatur: alijs verò, quæ iecori, vel lieni, aceti parũ, & aſtringentia aliqua: quæ autem ventriculo, aſtringentia aromatica, ad robur parti inducendum. Applicantur autem poſt euacuationem factam, vel poſt ſanguinis miſſionem, & potiſſimum in febrium ſtatu, in quo omnia ſunt ſæuiſſima. Frequenter ijs vtendum, ſerò & manè. In ſumma, quoties pars aliqua inflãmatur, aut alia calida affectione afficitur, menſura epithematum libram non excedit: communiter autem ſelibram, vel ℥ 10. continet. Sic autem ea magna ex parte miſcentur, vt libræ vni liquorum ℥ 1. s. aut ℥ 2. ſpecierum reſpondeant. Quæ vinum, & crocum (vt cordialia epithemata) recipiunt, eum modum in illis miſcendis ſeruant vt libræ liquorum vncia vna vini, & croci aliquot grana, adijciantur. Quæ verò acetum (vt in epithematis hepaticis, & ſpleniticis) expoſcunt; ijs pro libra una aquarum vncia ſemis aceti ſufficiet, vt in formulis patebit.

Vtimur autem his in febribus hecticis, & ſqualidis, ardentibus, peſtilentialibus, viſcerum inflammatione, & totius corporis incendio: item in cordis palpitatione, cordiaca paſſione, eryſipelate, & virium imbecillitate, &c.

EPI-

I. EPITHEMA PRO FRONTE.

℞. Aquarum roſarũ ℥4.
Aceti albi ℥2.
Olei roſati ℥1.

Miſce, & hoc linteis duplicatis imbutis fronti tepidè admoueatur.

II. PRO CORDE.

℞. Aquarum roſarum ℥4.
Borraginis
Bugloſſe
Meliſſæ ana ℥3.
Vini odorati ℥1.
Aceti ℥s.
Spec. diagemmę ʒ 1.
Ligni aloes
Cort. mali citri
Oſſis de corde cerui
Eboris an. ʒs Croci gr. 6.

Commiſſis omnibus fiat epithema.

III. PRO HEPATE.

℞. Aquarum endiuiæ ℥4.
Cichorij
Lactucę
Abſynthij ana ℥2.
Acetoſę ℥3.
Solani ℥s.
Aceti ℥s.
Spec. diarrh. Abb ʒ1.

Driaſantali ℈ I.
Santali rubri ℈ s.
Miſtis omnibus, formetur epithema.

---

## *De Sacculis, Cap, 51.*

SAcculi fiunt aut ſicci, ſiue aridi: aut liquore aliquo madidi, ex herbis, floribus, radicib⁹, ſeminibus, & id genus aliis, conciſis, & leuiter contuſis, quadrati frequentius, vel ad membrorum patientium formam figurantur: ex ſerico videlicet cordi, & capiti admouendi: alij verò ex panno lineo: conſuunturq; acu tranſuerſum miſſa, ne ſcilicet ea, ex quibus conſtant, in vnã omnia partem labantur ac declinent. Sicci verò ante admotionem, teſta calente ſuperponi, vino, aut aceto irrigata, ad vnciam vnam, vel vnciam vnam & mediam, ac ſubinde cõtracto calore partibus adhiberi. Humidi autem locis dolentibus applicantur, ad dolores ſedandos, humores crudos concoquendos, ad modificandum, ac diſcutiendum. Prius autem comprimendi ſunt, quam loco dolenti admoueantur. Sed formulis res clarior erit.

CAPITALIS I.

℞. Maioranę
Florum chamomillæ
Stœchados ana M.s.

Maſticis

Maſticis. Macis
Cubebarum
Nucis moſchat
Cort. mali citri
Roſm. rub. ℈ 1.
Corall. rub. ℈ 1.
Salis uſti ℈ 4.

Contuſa in ſericum demittantur, formeturq́; ſacculus, ſiue cucupha.

II.

℞. Lauendulę
Roſmarini. Betoni.
Chamom. an. M. 1.
Saluię. Maiorane
Meliloti ana M. s.
Roſarũ rub. M. 1. s.
Stœchados M. s.
Fol. ſenæ ℥ 2.
Caryophyl. Macis
Nucis moſc. ℈ 2.

Contuſis omnibus, fiat è ſerico ſacculus capitalis.

III. CORDIALIS.

℞. Florum borraginis
Meliſſę
Bugloſſe
Santalorũ omnium
Beb. albi, & rubri

Boli armeni
Oſſis de corde cerui an. ℥. 1.
Roſ. rub. ℥ 2.
Flor. chamæmeli
Roriſmarini ana ℥ 1. s.
Corall. rub.
Sem. acetoſæ
Cort. mali citri ana ℥ s.
Ligni aloes
Antiſpodij àna ℈ 2.
Croci. serici crudi an. gr. 10.
Caphuræ ℈ s.
Cõtritis oĩbus fiat é ſerico ſacculus

IV. CORDIALIS CALIDVS

℞. Florum borraginis
Bugloſſæ
Roſarum
Meliſſę ana M. 1.
Cinnamomi electi
Caryophyllorum
Macis ana s.
ligni aloes ℈ 1.
Cort. mali citri
Spec. diambræ ana ℥ 1.
Oſſis de corde cerui ℈ s.
Croci ℈ 1.

Terantur omnia, & fiat é ſerico ſacculus cor di admouęndus.

V. COR.

V. CORDIALIS FRIGIDVS.

℞. Roſarum rubrarum
Flor. bugloſſæ
Borraginis ana ℥ 2. s.
Fol. myrthi. cort. citri
coral. alb. & rub.
coriandri preparati
Santalorũ omniũ ana ℥ 1. s.
caphuræ ℈ 2.
Miſce, & fiat ſacculus cordialis.

VI. CORDIALIS TEMPERATVS.

℞. Santalorum alborum
Roſ. rubrarum
corall. amborum
Antiſpodij. caphuræ
Fol. myrti
Flor. borraginis ana ℥ 1.
Ben albi, & rubri
cort. mali citri
Nucis moſchatę
Serici vſti. Spicæ
Oſſis de corde cerui
Granorum tinctorum
Fol. lauri
caryophyllorum
ligni aloes
Roriſmarini
Meliſſę. cubebarum añ. ℈ 1.

Moſchi gr. 4
Ambrę. Croci ana gr. 3.
Contritis omnibus, fiat ſacculus cordialis.

VII. SACCVLVS AD FLATVS Ventriculi.

℞. Sem. aniſi
Apij. Fœniculi
Seſeleos. Oluſatri
Rutę ana M s.
Calamin origani añ. M. 1. s
Hyſſopi. Pulegij ana M. 1.
Rutæ ſicce. Sthœchados
Chamedryos
Chamepithyos ana M. 1:
Abſinthij M. 2.
Cinnamomi
Caryophyllorum
Calami aromat. ana ℥ 2.
Macis ℥ 3.

Tritis omnibus, fiat ſacculus ſtomachalis.

VIII. SACCVLVS HVMIDVS ad fluxum ventris.

℞. Myrtillorum Rhois
Coriandri
Chamomillæ
Origani
Balauſtiarum ana M. 1. s.

Cort.

Cort. granatorum
Hypociſtidis
Sem. roſarum ana M. 1.
Rad. verbaſci
Dipſaci
Cort. & rad. mori ana M. 2.

Concifis & tritis, fiat ſacculus, in uino nigro auſtero coquẽdus, cui expreſſo ſupſedeat æger.

IX. SACCVLVS HVMIDVS AD dolores, mollificationem, & diſcutionem.

℞. Florum chamomillæ P. 2.
Summitatum anethi
Origani
Melliloti ana P. 1.
Fœnigreci
Sem. lini ana ℥ 1.
Maluæ. Altheæ
Violariç ana M. 5.

Contuſis omnibus, fiant ſacculi duo, in aqua vel lacte vaccino coquendi, qui expreſſi alternatim loco dolenti applicentur.

## De Cataplaſmatis, Cap. 52.

Cataplaſmata fiũt ex herbis uiridibus, radicibus, floribus, fructibus, & ſeminibus, ad

mollitudinem vſque coctis, in aqua, oleo non adiecto.

Fiunt autem cataplaſmata, ad varias intentiones, quandocunq; ad doloris ſedationem, ad remollitionem duritiei, ad reſolutionẽ, ad maturationem, ad exiccationem, & conſumptionẽ humorum, & vaporum in promiſcuis affectibus promiſcuæ intentiones in cataplaſmata cõmiſcentur: vt remollientia cũ diſcutientibus, & diſcutientia cum remollientibus, vt ſequentibus formulis videre licebit.

Porrò cataplaſmata ſupra omnes partes dolentes aut inflammantes applicari poſſunt. Quod ſi hypochondrijs calefacientia, & diſcutientia cataplaſmata applicanda ſint, niſi antea vacuato corpore, adhiberi minimè debent. Attrahunt enim totius corporis excrementa.

I.

℞. Maluę. Altheæ
Violariæ. chamomil. an. M. 1.
Rad. althee ℥ 1.
Fœnigræci
Sem lini ana ℥ ſ.

Coquantur in aqua donec molleſcant, deinde contundantur, & fiat cataplaſma.

I I.

℞. Rad. altheæ
Liliorum alb. Ireos ana ℥ 1.

Flor.

Flor. chamomillę
Meliloti. Anethi ana P. 1.
Maluæ. Biſmalueę
Violariæ ana M. 2.
Sem. lini
Fœnigræci ana ℥ s.
Baccarum lauri ℥ 2.
Croci ℈ s.
Coctis, & contuſis, fingatur cataplaſma.

III.

℞. Plantaginis. Polygoni
Burſę paſtoris Numulariæ
Saniculæ
Conſolidæ mediæ. Viridiũ an. M: 1:
Coctis & contuſis omnibus, formetur cataplaſma.

## *De emplaſtris, Cap. 53.*

EMplaſtra hodie dicuntur, quæ ex herbis, floribus, radicibus, fructibus, ſeminibus, & farinis in aqua coctis componuntur, additis axũgiis, vel oleis, prout res expoſcit.

Plantarum autem, vel alterius materiæ ſingulis faſciculis olei, vel adipis ſingulę vnciæ, vel ſeſcuncię miſceri debent.

Poſſunt autem ſupra omnes partes dolentes, aut inflammatus applicari, euacuato prius

prius corpore, & quidem ante cibum.

Doloribus leniendis, tumoribuſque concoquendis, vel digerendis maximè accommodata ſunt.

I.

℞. Maluę. Althee
Meliloti
Chamomillæ ana M. 1.
Rad. altheæ ℥ ſ.

Contuſa coquantur in aqua uſque ad iuſtam craſſitudinem, cui adde
Olei chamomelini
Liliorum alb. ana ℥ 2.

Iterum bulliant, fiatque emplaſtrum.

II.

℞. Flor. anethi
Chamomille
Verbaſci ana M. 1. ſ.
Meliloti M. ſ.
Farine fœnigreci
Sem. lini ana ℥ ſ.

Contuſa bulliant in aqua, donec in craſſitudinem iuſtam coeant, deinde adde
Olei anethini
Chamomelini ana ℥ 2.

Ebulliant iterum, & formetur emplaſtrum.

III.

℞. Maluę. Biſmaluæ
Violariæ ana M. 1.

Rad.

Rad. althea
Liliorum alb. ana ℥ 1
Flor. anethi
Chamomillę
Meliloti ana P. 1.
Farinæ hordei
Fœnigreci ana P. 1.
Farinę hordei
Fœnigreci ana ℥ s.
Croci ℈ s.
Contuſis, & coctis, adde
Axungię Anatis
Anſeris ana ℥ 1.
Medulle cruris vituli
Butyri recentis ana ℥ s.
Olei liliorum alb.
Irini ana ℥ 1.
Bulliant iterum, fiatque emplaſtrum.
℞. Micæ panis in lacte remollitę, & incoctæ quantum ſufficit,
Vitellorum ouorum N. 1.
Olei de papauere q. ſ.
Croci gr. 12.
Miſce, & fiat emplaſtrum.

## *De Cerotis, Cap.* 54.

CErotum olim à cera nuncupatum, hodie ex pulueribus, oleo, cera, reſina, pice, & id ge-

nus

nus aliis concinnatur. In huius compoſitione idem, quod in vnguentis, pondus nonnulli obſeruant Medici, vt ſcilicet vncia una oleorum, drachme vni, aut drachmæ uni & ſemis ſpecierum reſpondeat. Ceræ uerò quarta pars olei eſſe debet: vtpote ſi acceperit olei ℥ 2. ceræ ſit vncia media. Si uerò ſcribatur ceræ parum, ſit eius ſexta pars, aut ſeptima. At ſi liquidum ceratum, vt in fracturis paretur, duplicatum: ſi ad emplaſtri figuram, olei & ceræ tantundem: atque iuxta ambientis & ceræ naturam, idque magis & minus, pro Medici ſcopo, id quod in pice, reſina, terebinthina ſeruandum. Porrò ſpecierum, & oleorum qualitas, ab ipſo affectu deſumenda eſt. Adhibentur uentriculo, hepati, lieni, pectori, vtero, & oſſibus fractis, ita tamen, vt eorundem figura, cui admouentur, ſimilis ſit: vt uentriculo ſcutiforme: iecinori, lunatum: lieni, ſoleatum, ceratum effingatur. Acu etiam trāſuerſim tranſmiſſo, conſumuntur: atque ante cibum ſtomacho ieiunio applicantur. Stomachica cibi tempore ſeponuntur.

I.

℞. Calami odorati
Cinnamomi ana ℥ 1.
Macis
Caryophyllorum ana ℥ s.
Nucis moſchatæ ℥ 1.

Roſa-

Roſarum rub. ℥. 2.
Maſticis
Ladani ana ℥ 1.
Olei abſinthini
Maſtichini ana ℥ 1. s.
Menthæ
Cotoneorum ana ℥ 1
Ceræ ℥ 10.
Reſinę terebinth. parũ.

Commiſtis omnibus, fiat cerotum ventriculo adhibendũ, & ſerico obducatur.

II.

℞. Croci
Chryſocollę ana ℥ 1. ſs
Piperis albi ℥ 1.
Ammoniaci, ſucco rutæ ſol.
Medullę cruris vituli an. ℥ 1.
Pinguedinis gallinæ
Anſeris
Anatis ana ℥ s,
Olei de capparibus
Cotoneorum
Nardini ana ℥. 6.

Ceræ quantum ſatis eſt, miſce & fiat cerotum pro ſplene.

III.

℞. Arthemiſiæ
Sabinæ. Abrotani ana ℥ 1.

Nucis

Nucis moſchatæ
Calam. aromatici
Cinnamomi ana ℈ 2.
Serapini
Opopanacis an. ʒ 1. s.
Olei nardini
Irini liliorum alb. an. ℥ 1.

Diſſolutis gummi in vino, cum cera, quod ſatis eſt, formetur ceratum vtero applicandum.

## De Scutis, Cap. 55.

SCuta ex pulueribus medicamentorum ſiccorum conficiuntur. Pulueres autem non debent excedere vnciam unam, & ſemis, ad ſummum: ſæpè ſufficit uncia una, aut drachmę ſex, vt ex formula ſequenti patebit. Fiunt autem pro ſtomacho, ad intemperiem aliquam corrigendam, & ad robur illi addendum. Vires ſupplent vel vnguentorum, vel emplaſtrorum.

℞. Abſinthij. Menthæ
Maioranæ. Siccorum an. ʒ 2
Caryophyllorum
Galangæ
Xyloaloes ana ℈ 2.
Cumini
Corallorum rub. ana ʒ 1
Cinnamomi. Roſ. ru. an. ʒ 1

Fiat

Fiat puluis, ex quo fiat ſcutum, cum pauca bombice, acu tranſuerſim conſuto, inter duas ſindones.

## *De embrochis, Cap. 56.*

EMbrocha, Latinis irrigatio dicitur eſt, vbi ex alto pluuiæ inſtar in partẽ aliquã fit diſtillatio Differt à fomento humido, quód hoc ſpongia, vel pannis denſis, in decoctione madefactis utamur, illa uerò pars ex alto irrigetur.

Componitur ex herbis, floribus, radicibus, ſeminibus, & id genus alijs, decoctis in aqua, aut vino, aut lixiuio, uel oleo.

Adijcitur autem magna ex parte ad manipulos duos plantarum, libra una liquorum, atque quoad medietas abſumatur, decoquitur. Vtimur iis calidis, ad ſomnum conciliandum, ad dolores capitis finiendos, aliarumque partium fracturas, & contuſiones.

I.

℞. Lactucæ. Violarum
Saluiæ
Roſarum
Anethi ana M. 3.
Cort. rad. mandragorę ℥ 6.
Flor. nympheę
Cucurbitę ana M. 2.

Z Sem.

Sem. papaueris albi ℥ 2.
Lactucę. Portulacæ
Cucurbitæ ana ʒ s.

Coquantur in lib. 10. aquæ fontanę vſq; ad dimidij cōſumptionē, fiatq; irrigatio ſomnifera.

II.

℞. Florum roſarum
Violarum
Nympheę ana M. s.
Fol. ſalicis M. 1.
Sem. Lactucæ
Portulacæ
Cucurbitę ana ℥ 1.
Papaueris ℥ s.

Coquantur in lib. 1. s. aquæ fontanę ad tertię partis vſq; conſumptionem, fiatq; embrocha.

III.

℞. Betonicę. Maioranæ
Lauendulę. Chamomillæ
Origani. Hyſſopi ana M. 1.

Coquantur in tribus lib. aquæ ad conſumptionem partis dimidiæ, fiatque irrigatio.

---

## *De Balneis, Cap. 57.*

INſeſſio, inſeſſus, Græcis ἐγκάθισμα, vulgò ſemicupium, balneum particulare eſt, cui ęgr ad uentriculum vſque tantummodo inſident, cruri-

cruribus & brachiis exemptis. Fiunt ex decoctione herbarum, florum, radicum, & ſeminum, quæ omnia pro morbi natura uariantur. Herbarum autem quantitas ſit à manipulis quinq; ad octo, vel decē: radicum ab ℥ 2. ad ℥ 4. ſeminum à ʒ 6. ad ℥ 5. vel ℥ 6. aquæ uerò quantum pro inſeſſu ſufficere videtur. Imponuntur medicamēta ſacco, & in aqua ad tertias vſq; coquūtur.

Vtimur his in renum, veſicæ, coli, ani, & vteri malis: & quidem temperatè calidis, duabus, aut tribus horis ante cibum, corpore prius purgato, vel ſaltem alui, & veſicæ excrementis depoſitis non autem vbi crudis & malis humoribus corpus eſt refertum. Mora autem in eo, ad horam eſſe debet, plus minuſue, tum pro affectus vehementia, tum virium imbecillitate, capite operto, ne eo oppleatur.

## I. PRO DOLORE NEPHRITICO.

℞. Maluæ
Altheæ
Parieta riæ ana M. I.
Chamomillę
Meliloti
Anethi ana M. I.
Betonicæ
Origani
Calamenthi
Abrotani ana M. I.

Rad. altheæ ℥ 3.
Sem. lini
Fœnigræci
Aniſi
Fœniculi ana ℥ 2.
Furfuris P. 4.

Ponantur omnia in ſacculo, & fiat decoctio in ſufficiente quantitate aquę, pro ſemicupio.

II.

℞. Saxifragiæ
Maluę. Parietarię
Altheæ ana M. 1. s.
Cicerum rub. ℥ 2.
Sem. petroſelini
Lini
Fœnigræci ana ℥ 2.

Coquantur ſingula in aqua iuſtæ quantitatis ad tertias, pro inſeſſione.

II. PRO DOLORE COLICO.

℞. Chamomillæ
Anethi. Origani
Calamenthi ana M. 1. s.
Mal. Parietarię an. m. 1
Sem. lini
Fœnigræci ana ℥ 1.
Sem aniſi
Fœniculi. Carui
Cumini ana ℥ 1.

Bac-

Baccarum lauri ℥ s.

Quæ omnia incluſa ſacculo, coquantur in aqua ad tertias, pro ſemicupio.

III. PRO MENSIBVS RETENTIS.

℞. Arthemiſię. ſabinæ
Calamenthi. Marrubij
Chamomillæ. Meliloti
Pulegij. Saluię
Matricariæ ana M. 1.
Rad petroſelini
Apij ana ℥ 1.
Ciperi M. 1.
Granorum iuniperi M. 2.
Coquantur pro inſeſſu.

IV. PRO FLVOREM NIMIO menſtruorum.

℞. Burſæ paſtoris
Plantaginis
Polygoni
Equiſeti ana M. 1.
Conſolidæ maioris ℥ 2.
Malicorij ℥ s.
Balauſtiorum ℥ s.

Coquantur omnia in tribus aquę pluuialis partibus, & quarta vini nigri auſteri pro inſeſſione.

V. PRO DOLOREM ARTHRITICO.

℞. Betonicę

Maioranę
Roriſmarini
Sthœchados
Saluiæ. Hyperici
Chamædryos
Chamepityos
Fol lauri
Origani
Serpylli
Chamomillæ ana M. 1.
Rad. acori
Altheæ ana ℥ 2.
Fœnigræci ℥ 4.

Omnibus in ſacculo poſitis, coquantur ad tertias pro balneo.

## *De collutionibus & ablutionibus, Cap. 58.*

COllutionibus vtimur in doloribus dẽtium: ablutionib. verò ad prouocandũ ſomnum & laſſitudinem diſcutiendam.

Abluuntur caput, pedes, manus, & axillæ. Capitales ablutiones, ex herbis, & floribus capitalibus, in lixiuio coctis, componuntur: axillarũ, ex aſtringentibus: vt oleaſtro, lentiſco, additis quibuſdam odoratis, vt roſis, in lixiuio. Pedum verò, ex herbis, floribus, vel calidis vel frigidis, in aqua,

in aqua, vel lixiuio coctis. Horum autem quantitas communiter à manipulis 4. ad manus octo vel decem. Qui frigidi & humidi natura ſunt, capitalibus lotionibus, rarius: qui verò calidi, & ſicci, frequentius vtantur.

Capitis autem lotiones calidę exhibendæ manè ante cibum, corpore recrementis vacuo, ſic tamen, vt ſtatim caput abſtergatur linteis candidis, & exiccetur. Pedum verò lotiones, manè vel veſperi ante cibum, vel etiam ante ſomnũ: non autem pedes rurſus abſtergendi, ſed linteo humido inuoluendi ſunt.

Porrò collutiones fiunt ex herbis, radicibus, corticibus, ſpeciebus aromaticis, & aliis, id genus, in vino, uel aceto decoctis, vt in ſequentibus formulis patebit.

I.

℞. Piperis albi
Longi
Cubebarum
Pirethri ℥ 1. ſ.
Sem hyoſcyami ℥ ſ.
Cort. rad. capp.
Mori
Mandragoræ ana ℥ 1.

Contundantur ſubtiliter, & in vino nigro coquantur ad dimidij conſumptionem: teneatur in ore, & cum infrigidari cœperit, expuatur.

II.

℞. Hyſſopi M. ſ.
Abſynthij M. I.
Maſticis
Malicorij
Zingiberis ana ℥ I.
Macis ℈ ſ.

Contuſis omnibus, coquantur in aceto, vel aqua & aceto, ęquis partibus, ad dimidij vſque conſumptionem.

III. ABLVTIO CAPITIS, IN materia frigida.

℞. Origani
Calamenthi
Pulegij ana M. I. ſ.
Saluiæ
Roriſmarini
Maioranæ ana M. I.
Chamomillæ M. I.
Baccarum lauri M. I. ſ

Coquantur in lixiuio ad tertias, fiatque capitis ablutio.

IV. PEDVM ABLVTIO ad ſomnum.

℞. Fol. ſalicis
Vitis.
Maluæ
Violariæ

Flor.

Flor. chamomillæ

Nenupharis ana M. 1.

Cort. papaueris ℥ 1.

Fiat decoctio cum aqua, qua lauentur pedes genua, & brachia bis, vel ter, ante cœnam.

---

## *De ponderibus, & menſuris, Cap. 59.*

PONDERA, quibus hodie Medici vtuntur, hæc ſunt:

LIBRA, vncias duodecim pendet, & hęc eſt officinis vſitata: huius autem hæc eſt nota, lib.

DEVNX, vncię vndecim

DODRANS, vncię nouem.

BES, quaſi bis triens, vncię octo.

SEPTVNX, unciæ ſeptem.

QVINCVNX, vnciæ quinque.

TRIENS, quatuor vnciæ

QVADRANS, tres unciæ.

SEXTANS, duę vnciæ.

SESCVNCIA, ſeu ſeſcunx, vncia una, & ſemis. nota ℥ 1. s.

SEMIS, vel Semiſſis, id eſt dimidium. Sic ſcribitur S.

VNCIA, duodecima pars libræ, conſtat drachmis octo, cuius talis eſt nota ℥.

AVREVS Arabum, & Denarius Romanus pendet drachmam vnam, & inſuper ſeptimam

eius partem, vnde ſeptem denarij, vel aurei, cõſtituunt vnciam. Sic notatur, X

DRACHMA, pendet grana ſexaginta, ſeu ſcrupulos tres, & eſt octaua pars vnciæ. Huius hæc eſt nota, ʒ.

SCRVPVLVS, pendet obulos duos, ſeu grana uiginti. Sic notatur, ℈.

OBVLVS, pendet grana decem, ſeu ſcrupulum dimidium. Sic autem ſcribitur. ℘.

GRANVM, minimum pondus eſt, quo vtimur. Sumimus autem grana piperis albi, ſi alia pondera deſunt, quorum, viginti ſcrupulum, ſexaginta drachmam conſtituunt: atque eius hæc eſt nota, Gr

ANA idem poteſt, quod ſingulorum tantundem, vel partes æquas: cuius nota eſt, añ. vel ana.

Quod ad menſuras attinet, ſunt vel liquidorum, vel aridorum.

ARIDORVM menſura.

MANIPVLVS, qui dicitur faſciculus herbarum, aut ſimilium, qui manu comprahendi poteſt. Sic ſcribitur, M.

PVGILLVS, fit digitis ſimul in extremitate compreſſis. Nota eius eſt, P

LIQVIDORVM verò eſt mẽſura eſt.

LIBRA ciuilis, quę pendet uncias ſedecim.

HEMINA Italica, eſt dimidius ſextarius Atticus,

Atticus, & pendet uncias nouem: tantundem quoque pendet cotyla Attica. Cotyla Italica eſt libra menſuralis, ſeu duodecim vnciæ.

SEXTARIVS Atticus continet duas heminas, ſeu vncias decem & octo.

CHOENIX, ſextarij duo.

CHVS, chœnices duo.

CONGIVS, Sextarios ſex continet.

CICONGIVS, duodecim ſextarios.

TRICONGIVS, octodecim ſextarios.

COCHLEARE maximũ, pendet drachmas quatuor: magnum ſeſquidrachmam: paruum drachmam unam: minimum drachmam dimidiam.

*Sed hæc de ponderibus, & menſuris ſufficiant.*

PRA-

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER VI.

*ARGVMENTVM.*

De inſtrumentis chirurgicis potiſsimum agit. Eius capita hæc ſunt

*DE inſtrumentis chirurgicis, C.* 1
*De cauterijs, Cap.* 2.
*De inſtrumentis incidentib. & excidentib. & primò de ſcalpello, phlebotomia & ſcarificatione, Cap* 3.
*De nouaculis. forficibus, ſerris & oſſium ſectione, Cap.* 4.
*De inſtru. extrahẽtib. videlicet forcipib⁹, tenaculis, & volſellis, Cap.* 5.

*De*

*De ſpecillis,* Cap.6.
*De acubus, cannulis, & ſutura vulnerum,* Cap.7.
*De inſtrumentis ad deligationem aptis,* Cap. 8.
*De faſcijs, & ligaturis vulnerum, & fracturarum,* Cap.9.
*De splenijs,* Cap.10.
*De puluillis,* Cap.11.
*De penicillis, ſeu turundis,* Cap. 12.
*De ferulis,* Cap.13.
*De fibulis,* Cap.14.
*De inſtrumentis extendentibus,* Cap.15.

PRA-

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER VI.

### *De inſtrumentis chirurgicis*, Cap. I.

QVamuis hodie chirurgia à medicina ſeparata eſſe uideatur, eſt tamẽ Medico Phyſico ſummopere neceſſaria. Quoniã medicinæ pars chirurgia eſt Quare Medicũ nõ tantũ Phiſicum (vt hodie loquuntur) eſſe oportet, verùm etiam chirurgum, non quidem, vt manu operetur, ſed ut tanquã imperator, alios monere poſſit. Inſtrumenta autem chirurgica, quędam cõmunia ſunt, quædam propria. Ex communibus quædam medicinalia, quædam ferrea Medicinalia ſunt tum Diæta, tum pharmacia. Verũ de inſtrumentis diætiticis, libro tertio, de pharmaceuticis uerò, libro quarto, & quinto egimus: reſtat nũc, vt de ferreis, aliiſq; quib. chirurgus munitus eſſe debet diſſeramus Itaque ferrea inſtrumenta quædam ad incidendum: quædam ad vrendum: quædam ad extrahendum, quædam ad probandum, ſeu explorandum: quædam ad ſuendum ſunt apta Sunt & alia inſtrumenta non ferrea, quorum alia ad ligandum inuenta ſunt, vt faſcię alia ad uniendam carnem, vt acus, fibulę, cannulę, ſplenia, puluilli: alia ad unięnda oſſa fracta, vt ferulę: alia ad extendendum

dendum

dendum vt habenæ, ſcalæ, aliæq; id genus machinæ. Sic capiti proprium inſtrumentũ eſt modiolus: ſedi, ſalx: matrici, ſpeculum: de quibus omnibus nunc ordine agemus, ab iis, quæ urendi vim habent, exordium ſumentes.

## *De Cauterÿs, Cap. 2.*

CAuterium duplex eſt, actuale videlicet, & potentiale. Actuale fit metallo ignito: auro quidẽ, & argẽto, leuius: ferro uerò acrius exiſtit. Potentiale fit ex medicinis cauſticis, & erodentib. Sed actuale potentiali melius & ſecurius eſt. Variant autem pro locorum, & morborum diuerſitate. Aliud enim punctuale eſt: aliud rotundum: aliud planum, & longum: aliud cultellare, ad formam cultelli factum: aliud oliuare: aliud triangulare: aliud dactylare: aliud ab acu, acuale: aliud circulare, &c. Porrò caſim, punctim cauteria imprimuntur: adiguntur longiùs, & latiùs, & in circulum circunferuntur: vno loco vel pluribus: ſemel ac ſæpiùs, vt natura partium ſuſtinet, & vitia requirũt. Fiũt cauteria in capite cõtra epilepſiam, maniam, melãcholiã, dolorem capitis diuturnum, hemicranium, oculorũ lachrymas, &c. Quæ in humeris fiunt cauteria, cõtra humerorũ & ſpatularũ dolorem valẽt. Circa radicẽ uerò gutturis facta, aſthmati, & pulmonũ vitiis conferũt: Contra dolorẽ, & vitia

hepatis

hepatis, ſupra ipſum hepar cauteria ſunt faciẽda: contra uitia ſplenis, ſupra lien: contra lumborũ dolorẽ, ſub ipſis, in fontanella: contra iſchiadã paſſionẽ, in coxẽdice: cõtra arthriticam paſſionẽ ſub genu, &c. Cæterùm cauteria tempore matutino ſunt adhibenda, corpore nõ repleto, ſed prius euacuato. Locũ igni circunſcribere oportet, nucali teſta, vel re ſimili, q̃ ſuis marginibus conſtans pateat in medio. Cerato roſaceo, lana uino tincta muniendæ ſunt partes vicinæ, ne iuſto latius euadat ignis violentia. Alioqui ſplenijs, imbutis oui cãdido, muccagine pſyllij, ceruſſa, è rhodoſtagmate lota, refrigerãte ſucco, & iis omnino quæ ἀφλεγμαίνοντα Græci uocant. Cruſta non ſtatim detrahenda, ſed nutare prius oportet, ac veluti maturitate ſua excidere. Alioqui vis afferri ſolet, profundum ulcus relinquitur: dolor, fluxio, phlegmone irritantur. Tempeſtiua deduci poteſt butyro, & rhodoſtagmate loto, farina tritici in porri, vel ruti ſucco, &c. Poſtquam ceciderit eſcara mũdificetur. Porrò cauteria per dies quadragita, aut tribus menſibus aperta maneant. Seruabuntur autem aperta cum teniis, & nodis, ex cera ſimplici factis, vel piſo, uel gentiana. Et deſuper ponuntur folia caulium, aut hederæ, ſupra panni triplicati, bis in die mutati. Potentialia cauteria ab octo horis vſq; ad duodecim relin-

quen-

quenda ſunt: & poſtea remouenda. Veſicę uerò, à veſicantibus cauterijs eleuatæ, incidendæ, & aperiendę ſunt, cum forficibus, aut cum acu. Et poſtea ſupra folium caulis & panni applicandi & ſicut placebit remutandi.

## *De inſtrumentis incidentibus, excidentibus, ſcalpello, phlebotomia, & ſcarificatione, Cap. 3.*

INſtrumenta chirurgica ferrea, ad incidendũ, & excidendũ, ſunt forfices, nouacula, ſerra, & ſcalpellum, quod phlebotomũ appellant. Verùm de phlebotomo hoc loco dicẽdum venit, de reliquis verò tribus inſtrumentis ſequẽti capite agetur. Scalpellorum itaque tria ſunt genera: oliuare, myrtinum, & cultellare. Cultellare quod Itali Lãcetta appellatur, uel latum; vel ſubtile eſt, pro venarum amplitudine, & ſtrictura. Myrtini forma lata eſt: & conuenit ad incidẽdas venas cõcauas, plenas, ꝓcedentes, apparentes, magnas. illaſq; quæ ſanguinem craſſum continent. Forma uerò oliuaris phlebotomi eſt minoris latitudinis, & ſubtilioris extremitatis: & conuenit ad uenas paruas incidendas, & quę ſanguinem tenuiorem continent. Cultellari vtimur in venis incidendis, quibus vel nerui, vel arteriæ ſubiacent, quò ſecurius, & minori cum

periculo ſanguis extrahatur. Quomodo autem phlebotomia ſit perficienda, & quantum ſãguinis ſit extrahendum: item quibus conueniat, & quibus non: & quæ venæ, & quibus in morbis ſint incidendæ, & quo tempore, libro tertio abũdè diximus. Porò ſcalpellis quoque vtimur in abſceſſibus ſuppuratis aperiendis, vt libro ſequenti docebimus.

Cæterùm balneatores apud nos quoque ſcalpellis ad ſcarificandum utuntur, verum non tã acuminatis & ſubtilibus, vt in uenarum ſectione, ſed latioribus, & rotundioribus in aciei extremitate. Cucurbitula aũt prius vacua applicãda eſt, & tandiu relinquẽda, donec pars rubeat & attollatur: qua deinde ablata, pars ſecũdum cutem ſcarificanda eſt ordinatè, ſemel atque iterum, ſcarificationibus paulo profundioribus factis, prҫtertim ſi ſanguis fuerit craſſus, & ҫger robuſtioris naturҫ. Quibus autem ſcarificationes conueniant, & quibus non: item quos morbos iuuent: & quҫ partes ſcarificandҫ, & quo tempore, ex libro tertio petenda ſunt.

## *De nouaculis forficibus, ferris, & oſſium ſectione, Cap. 4.*

FOrficibus & nouaculis maximè indigẽt chirurgi. Forficibus namq; utuntur ad incidẽdas

das telas, faſcias, fila, pilos, capillos, vngues, cutem, coria, membranas, ligamenta, & q in faucibus, & gula adnaſcuntur, verò putreſcunt, & id genus alia, &c. Nouacula verò culter raſoriꝰ dicitur à nouo, quod faciem nouare, id eſt, nouā quodammodo, & iuniorem facere videatur. His utimur ad pilos, qui vlcerum, vulnerum, & tumorum ſanationem impediunt, radendos: item ad cutem denudandam: carnem putridam excidendam cutem (vt in Gallia, & Italia fieri ſolet) ſcarificandam, & id genus alia exhibēda. Porrò ſerra eſt inſtrumentum dentatum, quo oſſa, & membra putrefacta ſecantur. Serrarum, quibus oſſa corrupta ſecantur, pro vario ſitu oſſium, craſſitudine, magnitudine, duritie, & cauitate, variæ quoque exiſtunt differentiæ. Quibus verò extrema membra corrupta adimuntur unicum genus ſerræ commune eſt: Verùm non in omnibus quibus membrum aliquod cō putruit, huiuſmodi ſectio facienda eſt. Senes. n. pueri, debiles, & quibus iam ultra genu corruptio progreditur, morti potius relinquēdi ſunt, quàm ſecandi.

Fortiores verò, & robuſtiores matutino tempore ſunt ſecandi, & quidē in hunc modū. Pars (brachium videlicet, vel crus) inferius & ſuperius ligamento conſtringenda prius eſt, deinde caro intra duas has ligaturas ſpatumili lato ad

os vſq; ſeparanda, & denudanda. mox ſerra, ad id genus ordinata, os abſcindendum. Cauendũ tamen ne ſerra carnem ſanam tangat, dolorem & inflammationem inferat, quod facile impedietur, ſi pannus linteus ab omni parte interponatur. Abſciſſo membro, pars vulnerata ligamẽto conuenienti liganda eſt, & curanda, donec omnino perſanetur. Quod ſi inter operandum, fluxus ſanguinis vehementer irruat, velociter locus cauterizandus, vel ora venarum filo liganda, uel pulueribus aſtringentibus fluxio impedienda erit.

## *De inſtrumentis extrahentibus, forcipibus, ſeu tenaculis, & volſellis, Cap. 5.*

DE inſtrumentis vrentibus, & ſecantibus tribus præcedẽtibus capitibus diximus, nũc de attrahentibus, videlicet forcipibus, ſiue tenaculis, & volſellis dicendum videtur, quæ pro rerum extrahendarum & particularum affectarũ diuerſitate plurimum etiam variant. Sunt nãq; forcipes, quibus dentes exeſi, vel putrefacti eradicari ſolent: alij ad ſpinas è gutture extrahendas fabricati: alij, quibus ſanguiſugas: alij, quibus lapides ex veſica: alij quibus fœtuum mortuum,

tuum, vel ſecundinam ex utero extrahimus: alij ſagittas, tela, & ſpicula: alij globulos ferêtarios ex corporibus noſtris extrahunt. Verum, licet multa ſint inſtrumenta, telis, atq; infixis aliis rebus extrahẽdis accommoda, octo tamẽ apud recentiores chirurgos ſunt magis communia.

Primùm, ſunt forcipes, ſeu, vt vulgò loquuntur, tenaculæ, quæ denticulatæ ſunt, & capita habent ad inſtar limæ.

Secundum ſunt forcipes Albucaſis, in modũ roſtri auis, etiam denticulatæ.

Tertium, ſunt forcipes in modum cãnæ, ſiue arundinis, aut ſcriptorij calami, concauæ, quas vulgo tenaculas cãnulatas appellant, ad ſagittas ſpiculis cinctas & globos ferentarios (quas barbatulas nominant) extrahendos accõmodę.

Quartũ eſt, terebellũ inuerſum, ꝙ in ferri infixi tubulum (quam doliam appellant) imponitur: ubi autem ſic tubulo immiſſum, ferrum apprehenderit leuiter ferro ſequaci educitur.

Quintum inſtrumentum, eſt terebra in longũ porrecta, dilatandis oſſibus (quibus tela firmiter inhęrent) apprimè idonea.

Sextum, eſt inciſorius culter, ad amplificanda carnis vulnera, quò facilius infixa eximãtur

Septimum eſt propulſatoriũ inſtrumentum, quod geminum eſt, nempè cauum, & ſolidum, ſiue ſurdum: illud fœminam, hoc marem appel

 lant

ſant. Iis tela protundimus, donec ab altera parte apprehendi, & extrahi poſſint.

Octauum eſt in modum arcus illius, quem baliſtam vocitant. Hec autem, ictum telum excutitur.

Forcipes autem, pro eradicandis dentibus ſint ſubtiles, longarum extremitatum, breuis manubrij, craſſi, vt non duplicentur, quando cũ eis premitur. Sint autem ex ferro optimo facti, directarum extremitatum. Et in eorum extremitatibus ſint dentes, quorum quidam ingrediantur in quoſdam, & ſtringant decenti & forti conſtrictione. Quandoque fiunt extremitates, ſicut forma roſtri auis, quę ciconia nominatur, qui fortis ſunt conſtrictionis.

Ad ſpinas de gula extrahẽdas, quidam inſtrumenta ex plumbo cõficiunt, Radio ſimilia, paulo tamen maiora, & in extremitate curua.

Inſtrumentum verò ſanguiſugis, quę ſub viſum cadunt extrahendis idoneum, ſimile eſſe debet forcipibus roſtri auis, quę ciconia appellatur, in quo limę tamen aſperitas ſit.

Fœtus autem mortuus extrahitur vncinis, & forcipibus accommodatis, matrice prius aperta. Aperitur verò inſtrumento, quod antiqui Vertiginem uocitant.

Porrò Volſella inſtrumenti chirurgici genus eſt, quo caro ex vlceribus putrida pręcidẽda, appre-

apprehenditur. Sed hæc de inſtrumentis attrahentibus nobis ſufficiant.

## *De Specillis, Cap. 6.*

SPecillum, quibuſdam proba, tenta, & intromiſſum vocatur, inſtrumentum eſt teres, & paruum, quo chirurgi ad ſcrutandum, ſiue tentandum vulnerum, & fiſtularum viã, & profunditatem vtuntur, quod cùm notiſſimum ſit, de hoc pluribus agere non eſt neceſſe.

## *De acubus, cannulis, & ſutura vulnerum. Cap 7.*

ACus, & cannula vulneribus ſuendis accõmodata ſunt. Acus autem longa, ac leuis eſto, cuſpide triangulari, cauda verò excauata, vt in ea filum recondatur, & trãſitum acus non remoretur. Ita.n. mitius corpori inſidet. Cæterùm canula habeatur feneſtrata cui incũbat, ac innitatur altera pars labij vulneris, ne ſcilicet huc atq; illuc euagetur, dum acus intromittiur & vt per feneſtellã videri poſſit, quando acus ꝑtranſierit. Atq; ubi iam acus traiecta fuerit, vnà cum filo trahatur: ſed interim vulneris labrũ, quod prope filum aſt, ſpecillo huic parti applicato, veluti ſulcimento, & adminiculo

innitatur, ne dum filum extrahitur, labrum etiã conſequatur. Ligetur autem primò duabus inuolutionibus, ſecundò vna duntaxat, deinde filum ſcindatur, aliquantulum remotè à nodo.

Sutura autem fiat filo forti, æquali, & læui, cuiuſmodi eſt ſericum in communibus ſaltē vulneribus, primum punctum faciendo in medio diuiſionis vulneris, deinde alterum in medio ſpacio vtriuſq; lateris, & ita deinceps procedẽdo, vt inter duo quęcunq; puncta, punctum intercedat, donec vulneris labra ritè cõmiſſa fuerint. itaque nec nimis rara, neq; nimis crebra futura eſſe debet. Si enim nimis rara eſt, nõ cõtinet: ſi nimiscrebra eſt, vehemẽter afficit. Quia quò ſæpius acus corpus tranſiuit, quoque plura loca iniectum uinculum mordet, eo maiores inflammationes oriuntur. Sic igitur ſutura oras iungat, vt ne ipſæ quidem inter ſe ex toto contingant. Quod ſcilicet, ſi quid intus humoris cõcreuerit, ſit qua emanare, ac effluere poſſint. Solent autem communiter unius digiti tranſuerſalis ſpacium interiecta vincula relinquere.

---

## *De inſtrumentis ad deligationem aptis, Cap. 8.*

IN deligandi arte ueteres quàm plurima vſu diuerſa ſuis etiam nominibus diſtinxerũt: lintheola,

theola, faſcias hypodeſmidas, ſplenia, ſerulas, ſpathulas, habenas, laqueos, puluinas modo ſcorteos, modò molliuſculos, nodos, & id genus alia; de quibus quoq; dicendum venit.

## *De Faſcijs, & ligaturis vulnerum, & fracturarum, Cap. 9.*

FAſcijs vtimur in vulneribus, vlceribus atq; fracturis. At faſcia ad vulnus deligandũ, lintea aptiſſima eſt, quæ nec nimiũ mollis, nec nimium dura ſit. Quod enim molle nimium eſt, & algæ ritu fragile, non quò continet. Quod uerò durũ nimis eſt, premendo offendit. Sit igitur ex pãno veteri, nõ tamen nimis detrito, ſuaui, leni & mundo, ea q; latitudine, & longitudine, quã natura partis deſiderat. Vt ſi humerus tibi deligandus ſit, faſciam, quæ latitudinem ſex digitorum habeat aſſumes: at ſi femur, quinq; ſi tibia, quatuor: ſi brachium, trium digitorũ. Si uerò digitꝰ ligari debeat, vnius digiti latitudine faſcia aſſumenda erit. Eius verò longitudo ſit, pro rõne numeri iniectionum, hoc eſt, pro neceſſitate reuolutionum. Sed & ad hoc non parum confert cognitio conformationis ipſiꝰ particulæ laborantis. Quod ad fracturarum deligaturam attinet, tuta non erit deligatio, ſi vel nimis arcta, vel laxa nimis fuerit. Quandoquidem per laxio

rem oſſibus moueri licet: per arctiorem verò, & vehementius adſtringentem, & alimenti in locum affectum diſtributio prohibetur, & dolor (qui humorum in ægram partem affluxus concar, & phlegmonas erat) excitatur. Danda itaq; opera eſt vt utrunq; exceſſum declinemus. Cõſtrictio igitur mediocris eſto, tum noſtri ſenſus, tum ipſius ægrotantis iudicio. Ac ſi quidem ęqualis eſſet craſſitudinis membrum quodque, vtique latiſſima faſcia commodiſſima eſſet, vtpote quę totum æqualiter, continenterq; ex omni parte fractũ os complecteretur. Sed quoniam id non eſt, quod deeſt nobis, ex faſciarum latitudine, circuituum numero penſabimus, vt in artubus ipſis, qui omniũ maximè fracturę trãſuerſum factæ, expoſiti ſunt. In talibus namq; vtilior eſt anguſta deligatura, quàm valdè lata, & remiſſa. Quippe quę nec rugas, vt ea, quæ latiore faſcia fit, contrahat, & totius membri, cui circundata eſt, cutem contegat. Eò igitur vſq; augere tibi latitudinem faſciæ licet, quoad nulla eius pars laxior efficiatur. Cęterùm in eiuſmodi deligatura quę fracturis (in medio præſertim brachij, vel tibię, aut femoris exiſtentibus) adhibetur, duabus faſcijs lineis mollib. opus eſt. Hanc aũt Hypocrates hypodéſmidas, ideſt, ſubligamina ſeu malis ſubfaſciatores appellauit. Primæ faſcię initiũ ſuper fracturã inijci debet,

het, ac circa eam bis, terue conuoluta, ſurſum verſum ferri, & quaſi in cochlea ſerpere, atque illic deſinere. Id tamen perpetuò obſeruandum eſt, vt multum partis ſanę faſcia hęc complectatur. Ita enim fiet, vt & firmus repoſita, ac conformata oſſa contineantur, & magis ab affecto loco in circumuicinas partes humores elidātur, magiſque ne hi à ſuperiori parte eò defluant, impediatur. Altera etiam ſuperfracturā debet incipere priori aduerſa, deorſumq; (vbi primos complexus ſuper fracturam fecit) tendere, atque inde iterum reducta in ſuperiore parte ultra priorem faſciam deſinere. Quocirca dimidio longior priore eſſe debet. Terminus autem longitudinis earum faſciarum, non vnus ac certus ſtatui poteſt, ſicuti nec etiam latitudinis, ſed pro magnitudine fracturæ, & perfracti membri craſſitie, vtraque dimenſio varianda eſt. Sunto autem eiuſmodi faſciæ duæ prolongę, nempe quatuor, aut quinque, aut ſex cubitorum, & circa tres quatuorue digitos latæ, aqua, aut poſca potius madefactæ, & poſtea expreſſæ, pręſertim ſi fractura inflammatione vacet, receniſque ſit. Si uerò dolor vehemens, aut inflammatio adeſt, lanis tenuibus molli buſque, aut ſtupis lęuibus, oleo, vel oxycrato imbutis, membrum contegendum eſt, & non ita arctè deligandum. Satis enim fuerit

tunc,

tunc ſi deligatura adhibeatur, quæ & membrũ vtcunq; ſulciat, & admota medicamẽta, ad hæc ſymptomata profliganda idonea, contineat.

## *De Splenijs, Cap. 10.*

SPlenium ab oblonga ſplenis figura nomẽ habet. Varijs corporis partibus, potiſſimum verò oſſibus fractis, carnibuſq; exulceratis, accommodatur, & pro earum diuerſitate plurimũ uariatur. Splenia namq; pro ulceribus, pannorũ laciniç ſunt, in linamenta formatç, unguento albo rhaſis illitæ, aut unguento, quod ſextã partem lithargyri recipiat, vel vnguento, quod dia pompholygos nuncupatur, ſupra uicus ipſum poſitæ. Verùm ſupra eiuſmodi linamenta vlceri impoſita, puluillus, quem plumaceolum uocãt (de quibus deinceps dicemus) poſca aquoſa imbutus, adhibendus erit: deinde cõueniens deligatura. Cæterùm ſplenia, à ſplenis forma: ita appellata, ad fracturarũ tutelã, ſtabilimentũq; plurimum faciũt, maximè ſi huiuſmodi plagulæ unà cũ exterioribus faſcijs, quas epideſmas, id eſt, ſuperligamina appellant, deſuper adhibeãtur. Splenia enim eiuſmodi ſiueplagulç, duarum primarũ faſciarum, quæ peculiari nomine hypodeſmidç, ideſt ſubligamina appellãtur firmamenta ſunt, Non mediocre præterea auxilium

lium ferunt ſplenia in magnis oſſium abſceſſibus, pręſertim vino nigro, ſubauſtero inſuccata quę deinceps, atq; continenter, hinc inde adhibenda ſunt, non ut hoc illi inſideat. Longiores ſunto, quàm quæ ſolùm ambitum membri comprehendant. Nam ſi quadrantalis circulus eſt partis, paulò longiores ſplenes trientalibus eſſe oportet Obliquè inſeruntur membro, & aduerſa parte decuſſant.

## *De puluillis, Cap* II.

PVluilli, qui vulgaribus chirurgis plumaceoli nuncupantur, ad multa vtiles ſunt. Quandoquidem diſſolutas, ac diductas partes fulciunt, & comprimũt membri, quod ſuę vnionis diuortium patitur, geminum calorem fouent, & conſeruant. Deniq; á graui moleſtoq; vinculorum, ac faſciarum pondere, vulneratam particulam tuentur. Fieri autem quondam ſolebant ex pluma inter duos pannos candidos & mundos conſuta, vnde & nomen illi à veteribus inditũ eſt. Verùm quoniam eos ſubinde mutare & innouare (quod valdè tedioſum erat) cogebat neceſſitas, magis poſtea placuit eiuſmodi puluillos ex ſtupis canabinis conficere, præſertim diligenter, ac ſtudioſe pexis emundatiſq;. Fiunt etiã interdum ex lana, vel xylo, quod cotonem

appel-

appellant. Plerique autẽ hodie loco pilullorum panniculos admouent læues, duplicatos, aut triplicatos: alij uerò ſpongiã adaptant. Porrò duo vel tres, pluresue, prout res expoſtulat, apponuntur. Quandoque quidem ſicci, ac nullo madentes liquore: nonnunquam verò imbuti oui candido, uel uino, vel poſca; aliquoties etiam oleo, iuxta ipſius diſſolutionis exigentiam. Inueniuntur autem huiuſmodi puluilli, ex triplici differentia, quod ad figuram attinet. Alij enim triangularem, alij rotundam, alij uerò quadratam habent. Qui figura conſtant triangulari, glutinaudis vulneribus ſunt dicati. Ita autem diſponi debent: vnus ex utroque latere orarum ſeu labrorum vulneris, conſtituatur ita, vt ſuper plagam, inter ſe iungantur lateribus. Qui rotundam habent figuram, ſicci aliis ſuperponuntur, natiui caloris particulæ læſæ conſeruandi gratia, & ut ſanioſam proluuiem ac ſordidos ichores in ſe recipiant. Sed qui quadrati ſunt, ideò apponuntur, vt partem læſam à faſciarum & vinculorum iniuriis vindicent.

## *De penicillis, ſeu turundis,* Cap. 12.

TVrundas ſeu penicilla, & linamenta, quas vulgò

vulgò tentas appellant, maximo eſſe vſui in curandis vulneribus, & precedentia luce clarius oſtendunt, & omnibus in aperto eſt. Proinde quando, quomodo, & ad quos fines illis ſit utendum, chirurgo haudquaquam eſt ignorandum.

Ad hęc ex qua materia, & qua figura formari debeant, itaque illis utimur, in iis octo præſertim vulnerum generibus.

Primò cùm vulnera vel amplianda ſunt, vel detergenda, vel cùm aliquid ab eorum fundo vacuandum eſt: ut in profundis vulneribus, in quibus neceſſum eſt alibi vulnus aperire, vt ex ſundo, & ſinu ipſius ichores, id eſt ſanioſa colluuies, inibi collecti vacuentur.

Secundò illis cogimur uti, in cauis vulneribus in quibus neceſſaria eſt carnis deperditæ regeneratio.

Tertiò in vulneribus alteratis ab aerę, & ſordidis, quę deterſione egent.

Quartò in vulneribus contuſis.

Quintò, prædictorum uſus vtilis eſt in vulneribus, quæ cum phlegmone, aut quouis alio tumore præternaturam fatigant.

Sextò in vulneribus, quę per morſus fiunt. Talia namque vulnera non ſunt feſtinanter agglutinanda, & ad cicatricem perducenda. Quin potius longo tempore aperta &

hiantia

hiantia manere debent. Quandoquidem morſus ferè omnis quoddã virus habet, quod foras ſemper euocandum eſt, non intrò repellendum nec occluſo vulnere intus relinquendum.

Septimò turundis, & linamentis vtimur, in vulneribus, in quibus perſanandis circa oſſa manus admouenda eſt,

Octauò in vulneribus, quę iam vetuſtate in vlcera defluxionib. ſcaturientia degenerauerũt Porrò in omnib. aliis reliquis vulneribus, inducendæ cicatrici ſtudemus, abſq; eiuſmodi turundis, & linimentis. Aduertendum autem eſt, in ijs diuerſitatem non paruam eſſe, pro rõne finis, cuius gratia fiũt & admouẽtur. Fiũt aũt interdũ, ut diximus, ad detergẽdas ſordes vulnerũ, atq; tum ex pãni nõ aſperi, & præſertim veteris, laciniis, vel floccis euulſis, formantur. Nõ nunquam verò ideò fiunt, & in vulnus immittũtur, vt ipſum hians, & apertum maneat. At tũc quidem ex ſtupis benè pexis, & à ſordibus ritè emundatis, vel ex prædicti panni fruſtulis, efformantur: vel etiam ex xylo, quem cotonẽ vocant ſed & ex canna ęnea, uel argentea perforata fiũt penicilli ad eundem finem: vt verbi gratia, in naribus, ad aeris inſpirationẽ: & in altis vulneribus, vt ſanies, & purulenta colluuio, per hãc velut emiſſarium feratur, non autem intus retineatur. Quãdoq; etiam hæc linamenta inquã,

& pe-

& penicilla, plagę inſeruntur, vt ipſius os magis dehiſcat, & amplicetur, fiuntq; tunc, aut ex ſpõgiolis uehementer compreſſis, & intortis, aut ex radice gentianæ: hęc enim dum multum humorem, quo ſcatet vulnus, combiberint, turgeſcunt, & ita magis hiantem plagam reddunt.

Cæterùm forma linamentorum æqualis eſſe debet. turundarũ verò inequalis, in modum claviculi lignei, quem Latini impagem uocant, ne ſcilicet intrò labantur. Hæc autem aliquoties quidem ſicca, quandoq; verò quopiã delibuta vnguẽto admouentur, prout res ipſa exigit. Reliqua quæ ad eiuſmodi operationes ſpectant, medentis conſilio, & ſolertię committuntur.

## *De ferulis, & quomodo in fracturis adhibeantur, Cap. 13.*

FErulis ad membra perfracta chirurgi maximè utũtur. Nam vt perfracta membra in naturali figura immota prorſus (quoad expediet) perſiſtant, recentiores chirurgi ſecundum deligaturam protinus ferulas etiam circumponũt, ipſas quidẽ conſtringentes, prout ſenſus, & tumor ex inflammatione (ſi qua adſit) poſtulat. veteres autem à die tantùm ſeptimo, vel etiam nono, & undecimo ferulas accõmodabãt. Verùm non abs re factum putamus; ſi ſtatim

ab initio poſt deligaturam, ferulę inijciantur, modo nimis premendo dolorem non excitent, aut phlegmonē) quę maximè arcenda erat)accerſant, vel pręſentem(ſi adſit)exacerbent Quæ igitur à principio adhibentur à recentioribus ferulæ, non eo nomine adhibentur, circumponunturue, vt aſtringant, ſed vt adaptationis figuram contineant, & oſſa in ſuam ſedem repoſita, vtcunque fulciant. Primis namque diebus cum phlegmones deuitandę conſilium vinceret, tutum non erat perfractum membrum ita ferulis premere. Cùm verò nullus iam amplius futuræ inflammationis metus ſit, aut ea, quę prius fuit diſcuſſa, membrum aliquantò gracilius quàm pro naturali habitu apparuerit, (quòd intra ſeptimum diem ferè ſolet contingere)tum licebit ferulas circumponere, & eas (vt fracturam ſtabiliant)validè ſatis aſtringere Ferularum enim vſus idem eſt, qui & plagularum, ſeu ſpleniorum, nempè vt fractum os contineant, & deligationem ſtabiliant, ac firment. Sunto autem ferulæ, vt rectè pręcipit. Hippocrates, leues, id eſt, leuigatæ & planę: æquabiles, id eſt, neque in latus, neque in ſuperiorem, aut inferiorem partem diſtortę: in ſummis partibus, id eſt, extremitatibus, reſimæ, id eſt leuiter deraſę ac retuſæ: minores hinc inde quàm deligatio eſt: & ea parte craſſiores, id eſt, latiores, &

rès,& ualentiores, quà fractura erupit. Leues autem ferulas, id eſt, non aſperas, adhibendas eſſe cenſet Hippocrates, ne ſua aſperitate, & inęquabilitate fractis partibus negotium faceſſant. Vtroque enim modo comprimunt. Cæterum quoniam fieri poteſt, vt ferulæ leues ſint, non tamen æquabiles, ideo non ſolùm leues, ſed etiam æquabiles, id eſt, non diſtortas aſſumendas eſſe ferulas, monet. Quę enim diſtortæ ſunt, ſimiliter, vt aſpera, lædunt, ac illud inſuper efficiunt, quod deligationem ſimul diſtorquent: qua diſtorta, pars etiam fracta diſtorqueatur neceſſe eſt: Simas præterea in extremis partibus eas deligi voluit, id eſt, leuiter deraſas, ac retuſas in extrema parte, ac ſua acutie articulum lędant, & ęqualiter vbique partem fractam, propter ęqualem ſuam craſſitudinem, comprimant, quod certè fieri nullo modo debet. Vult enim Hippocrates vt ſupra locum fracturæ, hoc eſt media parte, ferula deligationem magis aſtringāt. Hinc ea parte craſſiores eſſe iubet. Quia ſcilicet locus is potiſſimùm compreſſione ipſarum indiget. Vult itē minores eas eſſe longitudine, id eſt, aliquantò breuiores, quàm ſit ipſa deligatio, ne cutem vltra deligationem attingant: quæ ſepenumero ex eo, quod humores à faſciis expreſſos ſuſcipit, paulò alti⁹ turgeſcit, atq; extat. Sed &

breuioribus ferulis vtendum præcepit, ne pars eminentior, ideſt gibba, & carne nudata, attingatur, vt circa cubitum, & malleolos, vbi oſſiū extuberationes ſunt. Porrò ferulæ ex ligno abietis, vel ſalicis, vel medietate cannę latæ, vel de vaginis gladiorū, vel de cornu: vel ex ferro, vel corio conſtare debēt. Modus autem ac ratio adhibendi ferulas, talis eſto. Splenia triplicia, aut quadruplicia oleo delibuta, ſuper faſcias ſimiliter atq; æqualiter, ſi membrū in craſſitie fuerit æquale, circūdato: ſiverò inæquale partibus magis cōcauis, per ſplenia repletis, mēbrū vndiq; æquale ferulis accōmodandis efficito. Deinde, ferulas lana, aut ſtuppa mediocriter inuolutas in orbē, nō minore, quā vnius digiti ſpatio inter ſe diſtantes fracturę circundato, eaſq; leniter ac moderatè conſtringito. Sed & in hac ferularum accommodatione ſummopere caueto, quatenus fieri poteſt, ne articulus aliquis, & præcipuè interior flexus pars, ab eis atringatur. Vlcera ſiquidem in ipſis nonnunquam, & neruorum inflammationes pariunt. Itaque illic, hoc eſt, iuxta articulos ipſos deligatione aliquanto (vt diximus) breuiores, tenuiores, laxiores; & magis flexibus ferulas eſſe oportet: quemadmodum valentiores, quà fractura excidit, atque inclinat. Cæterùm ſi nulla prurigo, nulla inflammatio, nulla ſuſpecta exulceratio,
nulluſ-

nullуſue dolor adeſt, & oſſa rectè commiſſa fuerint, fracturaque rectè procedat: ſic manere ferulas & ligamenta, ad decimum vſque diem, vel quintum & decimum, aut etiam vigeſimũ, vtile eſt. Si uerò in membro perfracto pręter ſolitum cooperto, vel dolor excitetur, vel pruritus creetur, vel eius, quod iam infixum fracturæ eſt, perſpiratio prohibeatur, (propter quam non modo noxius pruritus quibuſdam accidit, ſed etiam eroſa à ſaniei acrimonia nonnunquã cute, exulceratio concitatur) non abs re feceris, ſi tertio quoque die, vt iuſſit Hippocrates, deligationem ſolueris, & membrum ipſum aqua temperata perfuderis, ac foueris. Hac.n. perfuſione, & acrem atque erodentem ſaniem diſcuties, & dolorem mitigabis, & prurigini pulchrè medeberis.

---

## *De Fibulis, Cap.* 14.

Fibulis, quas Gręci ἀγκτῆρας vocant, in vulneribus interdũ chirurgi vtũtur, pręſertim ijs, quorum labra nimium ſunt diducta. Si nãque in carne vulnus eſt, hiatque, neque in vnum oræ facilè attrahuntur, ſutura quidem aliena eſt, imponendæ verò fibulæ ſunt, quæ oras paulùm tamen contrahunt, quò minus lata poſtea cicatrix ſit: ferè autem fibulæ latius

vulnus eſſe patiuntur. Sunto autem fibulę ipſę, vel maiores, vel minores, pro ratione partis vulneratæ: ab vtraque verò parte recuruę, figaturque hamus vnus in altero vulneris labro, & uerſus alterum ducatur, in quo & alter hamus infigatur: vt facere ſolent, qui pannos tundendo apparant. Hæ autem (fibulæ inquam) quibus hiantis plagæ oras ſic contrahimus, nullam vim deſiderant, ſed eatenus vtiles ſunt, quatenus cutis ducentem quaſi ſua ſponte ſubſequitur. Adhibentur autem fibulæ in vulneribus maiorib. & rectis in tranſuerſis uerò ſuturis, & fibulis opus eſt. Porrò præputium aſſuitur, & infibulatur, vt & carnoſum genus, vbi nimium dehiſcit vulnus, nec oræ facilè coniunguntur.

## *De inſtrumentis extendentibus,*

## *Cap. 15.*

LVxata membra, in ſolitam ſedem extenſione reduci à chirurgis ſolent: Verùm nō vna eademq; in omnibus extendendi ratio eſt, ſed alia atque alia pro natura ſcilicet partis luxatæ, prout nerui ac tendines valent, aut oſſa huc illucue ſederunt. Modò enim manibus ſolis, modò habenis iniectis vtendum eſt, modò verò quædam alia machinamenta adhibenda ſunt, vt ex uno Hippocrate lecto libro de luxatis & fractis, diſcere poteris.

# PRACTICAE GENERALIS
## LIBER VII.

### *ARGUMENTUM.*

De morborum curarione potiſsimùm agit. Eius capita hæc ſunt.

*DE morborum curatione.Cap.1.*
*De curatione morborum ſimilarium,* Cap. 2.
*De curatione tumorum præternaturam,* Cap. 3.
*De abſceſſum curatione,* Cap.4.
*De curatione morb. inſtrumentaliũ, præſertim in cõformatione, ſecundum figuram vitiatam,* Cap.5.

*De curatione morborum in compoſitione, ſecundum cauitatem vitiatam, Cap.6.*
*De curat,morborum in compoſitione ex ſuperficie aſpera,uel leui, C.7.*
*De curatione morborum in compoſitione, ſecundum numerum, Cap. 8*
*De curat.morborum in compoſitione ſecundum magnitudinem, Cap.9.*
*De luxationum curatione, Cap. 10.*
*De curatione vulnerum, Cap.11.*
*De curatione vlcerum, Cap.12*
*De curatione fracturarum, Cap.13.*

PRA-

# PRACTICAE GENERALIS LIBER VII.

## De morborum curatione, Cap. I.

SVperioribus libris breuiter admodum, & quantùm inſtituto noſtro ſufficere arbitrati ſumus, cauſarum cognitionem, quæ per ſigna habetur, perſtrinximus, nunc reliquum eſt, vt in poſtremo hoc libro curandorum morborum præcepta tradamus. Itaque curatio id quod pręternaturam in corpore eſt, contrario illius tollit. Contraria enim contrariis curantur. Sunt autem in corpore noſtro tria pręternaturã, Morbus, Cauſa, & Symptoma: & morbus quidem ſui curationem: cauſa, ſui ablationem, ſymptoma correctionem poſtulat. Morbus ille eſt, qui primó & per ſe actionem lædit: quare illi ante omnia incũbendum. Cauſa verò morbifica eſt, & morbum fouet. Quare ante morbum eſt remouenda. Symptoma poſt morbi extirpationẽ corrigatur, niſi vehementia ſua Medici curam ad ſe trahat. Verùm cùm morborum alij ſint partium ſimilarium alij partium inſtrumentalium: alij vtriſque partibus communes; prius de ſimilarium morborum curatione agere inſtituimus: deinde etiam de reliquis.

## *De curatione morborum ſimilarium, Cap 2.*

SImilarium partium proprius morbus vitiū temperaturæ eſt. Vitiata igitur temperatura curari debet. Curatio unam pręcipuam, ac cõmuniſſimam habet intentionem, ad id, quod eſt diſpoſitioni auferendæ contrarium: indicationes verò habet varias, prout varijs conſideratur modis: Quę namque intemperies cauſas ſuas habet antecedentes vel procatarcti cas, quę ipſum morbum fouere poſſunt, prius quàm morbus curetur, cauſa remouenda eſt, alioqui morbus ſubinde recrudeſcet: quæ cùm ſit & ipſa præternaturam, nõ niſi contrario ſuo tolli poteſt. Quod ſi uerò intẽperies cauſas ſuas non amplius habeat, totus ad morbum auferendum incumbe. Quare intemperies ſimplex ſimplici contrario curanda erit: compoſita verò, cõtrario mixtę facultatis corrigẽda. Curabitur enim id, quod ad calidius eſt conuerſum, refrigeratione: quod ad frigidius inclinatum eſt, calefactione. Pari modo quod ad ſiccius eſt alteratum, humectatione & quod ad humidius eſt uerſum, ſiccatione. Rurſus quoque ſiccabit pariter, ac calefaciet, quod humidum eſt redditum & frigidum: ſiccabit pariter, & refrigerabit quod humidius ſimul & calidius euaſit, & ſic in

reliquis duabus coniugationibus. Semper enim pro eo, quod exuperat inducendum eò vſq; cõtrarium eſt, quoad particulam in ſymmetriã, & naturalem habitum uindicaueris. Cæterùm ſi intemperies materialis fuerit: qualicunque humor, vel qualitate, vel quantitate ſua peccet, nõ ſolù alterãda, ſed etiam euacuanda erit, vt ſequenti capite docebimus. Porrò quantum ſit agendum indicat morbi quantitas. Refrigeratũ quinque gradibus, totidem calidis reducetur. Quomodo uerò, ſeu quo inſtrumento agẽdum ſit, indicat morbi qualitas, cauſarum varietas; corporis ſitus, &c. Quando & quo tempore ſit agendum, indicat morbi tempus tum vniuerſale, tum particulare. Vbi denique agendum ſit, locus affectus promptè indicabit. Atque hæc quidem omnis ægritudinis, quæ in ſimilaribus conſiſtit, methodus medendi exiſtit.

## *De tumorum preternaturam curatione, Cap. 3.*

TVmor præternaturam, incrementum eſt, naturalem ſtatum in corpore excedens, & leſionem actionis inducens. Horum differentiæ ex praxi ſpeciali ſunt petendæ.

Cauſæ

Cauſæ verò tumorũ, recẽtioribus medicis & chirurgis geminæ ſtatuunt generales ſcil. & ſpeciales. Generales cauſæ ſunt, fluxio, & cõgeſtio.

Rurſus fluxionis cauſę quatuor numero conſtituuntur. Nempe membri propellentis robur: excipientis imbecillitas: humoris fluentis conditio: & ſpacium, per quod fit defluxio.

Cæterũ fluxio concitatur ratione membri expellentis, vel propter robur facultatis expultricis ipſius, vel propter connexum naturalẽ, quã habet cum membro excipiẽte, vel propter propriorum meatuum anguſtiam.

Pars verò aliqua fluxionem excipit, quia vel dolens, aut calida, vel imbecillior, vel rarior, atque ignobilior, vel in inferiori loco ſita.

Porrò ratione humoris fit defluxus in aliquã partem, quia ſit copia ſuperuacuus, qualitate moleſtus, ſubſtãntia tenuis.

Spacium autem fluxionis cauſa exiſtit; ob meatuum amplitudinem, vtpote venarum, arteriarum, & pororum.

Congeſtionis verò cauſæ geminæ aſſignantur, nempe error virtutis, quæ alteratrix dicitur: & imbecillitas expultricis.

Cæterùm ſpeciales tumorum cauſæ, tres vulgò aſſignantur. Primitiuæ, quæ & progreſſæ, & euidentes nobis dicuntur: antecedentes: & coniunctę, ſiue continentes.

Pro-

Progreſſę ſeu primitiuæ cauſæ dicuntur, quæ dum aduerſam valetudinem ſeu morboſos affectus creatunt, ſeparantur, vt caſus, percuſſio, fractura, diſtenſio, luxatio, aut error, qui in victus ratione committitur.

Antecedêtes cauſę dicuntur, quę paratę sũt morbos efficere, ut ſunt humores quatuor tam naturales, quàm non naturales.

Cauſæ uerò coniunctæ, ſeu continentes, ſunt materię, quæ particula ipſa laborante aggregatę, & infarctæ reperiuntur, quæq; adhuc permanent, poſtquam tumorem excitarunt: ac dum increſcunt tumores ipſi augentur: cùm decreſcunt, minuuntur: & cum deſinũt, finiuntur. Atque hęc de cauſis tumorum præternaturam dicta ſufficiant: nunc poſtulat ordo, vt eorum ſigna, & iudicia ſubijciamus.

Itaq; tumores præternaturã ſumma corporis occupantes; iudicio ſenſus, conſpecta, ac manibus contrectata laborante particula, ſtatim deprehenduntur. Tumores verò, quæ vera apoſtemata appellant, tumore, dolore, & calore, magis, vel minus intenſis dignoſcuntur.

Non vera autẽ præter tumorem, malignitate quoq; & ſequeſtratione etiã maiore, vel minore determinata, deprehenduntur.

Sed iam quæ in vniuerſum de tumoribus ipſis ſumuntur iudicia ſubijciamus.

Periodi,

Periodi, paroxiſmi, & criſes tumorum, qui præternaturam ſunt, humorum, ex quibus conſtantur, analogiam ſequuntur.

Tumores eiuſmodi preſertim ſalubres, & qui ex humorum influxu fiunt, quatuor temporibus diſtinguuntur: principio, agumento, ſtatu & declinatione. Principij nota eſt, cum particula incipit diſtendi, & fluxionis adeſt initium, cum dolore adhuc exiguo.

Incrementum adeſſe iudicabis, cùm videris tumoris molem attolli, locumque affectum impleri, ac ſymptomata manifeſtè augeri.

Status verò iudicium eſt, cum prædicta omnia, tumor ſcilicet, & ſymptomata, vigorem ſuum obtinent, nec amplius poſſunt incrementum aſſumere, quin materia faciens tumorem, in alterius generis ſubſtantiam degeneret, & tranſmutetur.

Declinatio autem tunc adeſſe cognoſcitur, cùm tumoris moles, & propria ipſius ſymptomata, imminuuntur: vel materia, quę tumorem facit, in aliam ſubſtantiam incipit tranſmutari.

Porrò tumores huiuſmodi, qui ex humorum preſertim fiunt influxu, niſi fieri prohibeantur, reprimendo materiam influentem, vel ſponte, & citra ullam manifeſtam occaſionem intrò re

currente

currēte fluxione deliteſcant,aliquo iſtorū quatuor terminari neceſſum eſt,inſenſibili exhalatione ſeu reſolutione, vel facta ſuppuratione, vel corruptione,vel induratione.

Omnium autem iſtorum modorum optimus is eſt,qui per ſenſu imperceptibilem fit diſſolutionem:poſt illum verò,qui per ſuppurationē.

At quæ per indurationem fit terminatio, abſolutè mala dicitur. Quæ autem fit per corruptionem particulę laborantis,omnium peſſima cenſenda eſt.

Reſolutionis indicia ſunt, leuitas membri,& deficiens pulſatio.

Signa, tumorem verti in ſuppurationem, indicantia ſunt,dolor internus, pulſatio, & caloris incrementum.

Fluxionem victricem ,eſſe,& particulæ laborantis corruptelam , teſtantur nigror , & liuiditas, quibus nonnunquam & graueolentia accedit.

Tumorem in lapideam abire duritiem,apertè demonſtrat,tumoris imminutio,& cum hac, durities remanens.

Regreſſionis vel deliteſcentiæ nota eſt, ſubita tumoris diminutio , quæ interdum propter nimiam refrigerationem, nonnunquā verò propter venenoſitatem accidit. Ad hanc autem ſubitam atque affatim factam tumoris imminutionem,

tionem, febris ſtatim conſequitur, ac multa alia praua ſymptomata. Hactenus de ſignis & iudiciis eorum tumorum, quos vulgò apoſtemata nuncupant: tempeſtiuum nunc eſt, vt ad eorum curationem accedamus.

Principium itaque curationis tumorum, ex humorum influxu procreatorum, ab inuentione occaſionis ipſius affectus, deſumemus, vt ſcilicet, quæ eum excitant cauſę abſcindantur: quod verò in eo iam factum eſt, tollatur. Quare ex omnibus his, tres colliguntur recentiorum chirurgicorum turbę, curandorum tumorum, qui ex defluxione ortum habent, intentiones,

Prima eſt, fluxionem auertere, ac eam omnino intercipere.

Secunda eſt dolorem demulcere, atque eam occaſionem, propter quam particula fluxionem excipit, vel etiam attrahit, in totum ſummouere.

Tertia eſt, totum eum humorem, qui in partem affectam confluxit, vacuare.

Quomodo autem prima intentio perfici debeat, appoſite docuit Galenus lib. 13. methodi medendi, ad hũc modum ſcribens. Vbi magna ſanguinis copia in toto corpore appareat, vt in phlegmonoſis tumorib. ſæpenumero fieri cõtingit, ſanguinis miſſione ſuccurrim⁹. Curatur etiã pleni-

plenitudo,tum frequenti balneo, tum exercitatione,tum multa frictione. Preterea digerentibus medicamentis , modò febris non adſit , & præter hæc omnia inedia,ac proba victus ratione.Cum uerò flaua bili,vel atra,pituitaue, aut ſeroſis humoribus refertum corpus eſt , purgatione,quæ cuiq; ſuppuranti ſucco ſit accommoda,vacuatio molienda eſt.

Ceterùm in contrarium reuulſio , commune eſt in omnibus huiuſmodi tumoribus auxiliũ, dum fluxio adhuc ualenter irruit:vtpote in prĩcipio morbi,& in augmento.In fine verò ſtatus &in ipſa declinatione , dum ſcilicet iam fluxio reſtitit,atque in membro inhæſit, & corpus totum abundè vacuatum eſt: vel ab ipſa,quę aſſigitur particula, uel à maximè uicina vacuatio molienda eſt.

Secunda intentio completur anodynis remedijs,item aſtringentibus,& intercipientibus floxionem. Ad hęc relaxantibus naturales meatus , per quos membrum affectum conſueuerat repurgari.

Tertiam uerò intentionem aſſequemur , ijs, quę materiam,tumorem excitantem à loco affectoeuacuant . Euacuantur autem contenta iam in loco materia non ſolùm medicamentis reſoluentibus, ſed etiam repellentibus. Itaque incipientibus tumoribus , qui ex influxu hu-

morum procreantur, magis utendum eſt reprimentibus, quàm euaporãtibus, niſi tumor eiuſmodi fuerit in emunctoriis: vel materia fuerit venenoſa: vel craſſa, & repulſioni inobediens: vel uehementer impacta, tunc enim repellere non licei, ſed potiùs diſcutientibus lenibus, ac moderatè calidis, & humidis utendum: In augmento verò ipſis repellentibus, nonnihil ex ijs, quę diſcutiunt, admiſcendum.

At in ſtatu, & paulò ante ſtatum, æquis portionibus miſcenda ſunt reprimentia diſcutientibus.

Cum autem declinatio, vel finis ſtatus adfuerit, ſolis reſoluentibus, & relaxantibus vti licebit. Breuiter quandiu humor adhuc affluit, repellendum eſt: vbi uerò iam reſtitit fluxio, digerendum. Verùm ſi medio modo res ſeſe habeat, mixtis auxilijs vti oportebit.

Porrò hæc omnia ſanè intelligenda ſunt, vtpote ſi tumor præternaturam reſolutione terminari debeat. Auxilia autem, quibus ſingulas modo dictas intentiones exequimur, pro uaria materia tumorem excitante, in praxi ſpeciali deſcribentur.

De

## De abſceſsuum curatione, Cap. 4.

ABſceſſus, qui Gręcis apoſtemata, & vulgò exituræ dicuntur, ſunt diſpoſitiones, in quibus abſcedunt, atque inuicem diſtant, quæ priùs ſe contingebant corpori. Materia enim q̃ eiuſmodi tumores excitat, extra carnem muſculi propulſa, continentia à ſubiectis diducit, & abſcedere facit. Duplex autem eſt eiuſmodi abſceſſuum genus. Vnum quando inflammatione in pus verſa, pus ipſum tanquam in ſinu aliquo eſt collectum: alterum cúm nulla p̃cedente inflammatione, humor aliquis, vel ſpiritus aliquis vaporoſus, aut ſubſtantia ex vtriſque mixta, in parte aliqua colligitur. Quod bifariam accidit. Nam vel in ſpacio ipſo eiuſmodi ſubſtantia, ſine pręuia fluxione generatur: aut aliunde in ipſam laborantem particulam confluit. Spatium autem ſibi molitur eiuſmodi ſubſtantia, quę abſceſſum creat, vel inter duas tunicas, vel ſub quibuſdam membranis. Abſceſſuum verò iudicia, ac ſigna, quæ uel ſtatim eos futuros denunciant, vel iam preſentes adeſſe demonſtrant, hęc ſunt.

Cùm uideris pulſationem, aut duritiem, in longum iam tempus productam, uel caliditatem, aut dolorem increſcentem, tunc

exiſtima proximum eſſe, vt apoſtema in ſuppurationem vertatur,& fiat abſceſſus. Cùm autẽ deprehenderis leuitatem quandam affectæ particulę,& doloris ſedationem,ac remiſſum calorem,quodq́ue tumentis loci pars aliqua cęteris emineat, atque in mucronem ſubducatur: adhęc cùm premendo digitis velut inundationẽ perceperis, viderisq́ue gibbi illius ſeu mucronis colorem iam albeſcere, tunc iudica,pus eò loci ſubeſſe,& tumorem iam abſceſſiſſe.

Cæterùm in pure ipſo cognoſcendo,ac diiudicando,maximè te attentum eſſe oportet.

Quandoquidem ſuppuratio ipſa ſeu puris in loco aliquo comprehenſi notitia, ſępiùs occultatur,ac Medicum latet,ob loci ſcilicet,& puris craſſitudinem.

De abſceſſuum autem iudiciis hæc à veteribus,& recentioribus tradita ſunt.

Abſceſſus, qui juxta membrum aliquod nobile,vel prope iũcturas fit,atq; adeò in venoſis aut neruoſis ipſis partib. quiq; in imbecilli particula,& natiuo calore propemodum deſtituta prędura quoq; & denſa cute obtecta, conſiſtit: ad hæc qui craſſiore materia, & ad motum tardiore conſtat: planus etiam,ſeu æquabilis, & in coni formulam non ſubductus, ſuſpectus admodũ eſt,ægreq́ue ac tarde maturatur. Qui verò huic ex aduerſo reſpondet,boni moris eſt,&

lauda-

laudabilis. Itaq; ſi abſceſſus tendit in acutiem, & puris ſubſtâtia tenuis fuerit, & acris, nec prędura, aut denſa cutis extiterit, natura, ſua facultate alienorum expultrice, & citra aduentitiũ aliquod ſubſidium, conceptum humorem foras propellet, niſi quis facta inciſione protinus ipſam ſpontaneam apertionem anteuertat. Quæ autem à natura fit apertio, multò tutior eſt, ea quę manus opera fit: quod ſi arte molienda ſit, ſecurius multo, & melius ſcalpello illam efficies, quàm adurente medicamento, quod ruptorium appellant. Ceterùm pus optimum illud cenſetur, quod album, æquale, leneque, & quàm minimè fœtidum eſt. Quod uerò huic maximè contrarium apparet, peſſimum eſt. Sed hęc de ſignis, & iudiciis abſceſſuum ſufficiãt. Quod ad eorum curationem attinet, ea per initia p̃ſtatur per mitigatoria auxilia, q̃ Gręci chalaſtica uocant, id eſt, relaxantia, cuiuſmodi eſt tetrapharmacum, molle quidem, & anodynum.

Procedente uerò tempore, ad ea, quę concoquendi, ſeu maturandi, ac ſuppurandi vim habent, tranſeundum eſt. Auxilia autem quibus mouere pus expedit; ex libro quarto petenda ſunt.

Porrò ſuppurato iam abſceſſu, aut tranſmutato, vel ualêter impacto, ſi pus, aut alia quæuis materia ibi contenta non diſcutiatur, vel ſi tem

pore conuenienti,& dum iam tempeſtiua adeſt occaſio,citra manus operam,nō aperiatur,ſecare exitum ei,quod digeſtioni nō ceſſit,oportet. Cōiter autem eiuſmodi tumores ſcalpello inciduntur. Apertio uerò ipſa,pro ratione tum copiæ materię ibi collectæ: tum etiam ipſius loci affecti, fieri debet. Fiunt autem huiuſmodi ſectiones,myrtaceum foliū imitantes, in ijs potiſſimū tumoribus, qui in axillis, & bubonibus ſuppurant. Et in ijs quidē lōgitudo per trāſuerſum ducta eſſe debet,nō aūt per cruris,aut corporis rectitudinem. In aliis uerò locis inciſione ſimplici ferè ſemꝑ utimur. In ipſa aūt apertione,ſiue inciſione,ſeptē potiſſimū ſunt attēdēda

Primum, vt ſectio fiat eo loco, quo materia contineatur.

Secundum, vt fiat in loco inferiori, quò melius purulenta illa uacuari poſſint.

Tertium,vt fiat ſecundum rugas, & proceſſum muſculorum.

Quartum,vt vitentur nerui,venæ, & arteriæ, quoad fieri poterit.

Quintū,vt non tota materia ſemel, atq; affatim educatur,ꝓſertim in magnis abſceſſibus,ne ſcilicet ex nimia ſubitaq; inanitione, & ſpirituū reſolutione,virtutis ſequatur proſtratio.

Sextum, vt blandius, & minimo quàm fieri poteſt,dolore,locus tractetur.

Septi-

Septimum, vt facta apertione, locus detergeatur, carne impleatur, & ad cicatricem perducatur. Auxilia autem deterſoria accõmoda, ſunt mollia tomenta, vel lintea, concerpta linimenta, emplaſtra, & vnguenta, quæ in ſpeciali praxi cenſebuntur. Primis diebus ſufficit vitellus oui alumine zuccharino inſpiſſatus. Poſteà verò deueniendum eſt ad mel roſatũ, & mũdificatiuum ex apio: & poſtremò, ad vnguentũ Apoſtolorũ, & Aegyptiacum, ſi res ita deſideret. Supra verò admouenda vnguenta, baſilicũ, diachylum, & diaphœnicũ vulgò nũcupatũ, atq; alia id gen⁹ quæ ad vlcera inſtituũtur. Sed & mitigare prius inciſam partẽ, quãtũ poſcere videbitur, oportebit: fomentis primũ, deinde cataplaſmatis, mox humectante aliquo medicamento, aut non ſiccãte, ſingulis ſcil. extrinſecus impoſitis. Nam in ipſo vlcere tum manna, tũ ex pręſidijs, quæ linteolis excipiũtur, primũ quidẽ ea, quę pus mouent, deinde ea, quæ expurgant, ſunt imponẽda Poſt quæ ſi cauitas etiam manſit, quæ impleant adhibenda ſunt: ſin aliter ea, quæ cicatricẽ inducunt. Porrò ſi laborans, ſcalpello ſectionem fieri præ mollitie, non admiſerit, medicamentis adurentibus erit emolliẽda apertio. Ad hoc aũt conducit ſemẽ lini, fermentũ, & ſtercus columbinum. Hæc præſtantiora efficies, ſi cum ſapone molli, aut muccagine ſeminis ſinapis miſcueris.

Quod uerò ex calce, & ſapone ſit ruptorium, in hac re principatum obtinet.

## *De curatione morborum inſtrumentalium præſertim in conſirmatione, ſecundum figuram vitiatam, Cap. 5.*

POſt morborum ſimilarium curationem, ſuccedunt morbi in compoſitione vitiata, q̃ inſtrumentalium partium propria eſt. Verùm cum uariæ ſint compoſitionis differentiæ, primum de ijs morbis agemus, qui conſormátionem uitiant. Hęc autem in cauitate ſuperficie, potiſſimum uerò in figura poſita eſt. Membri itaque figura uitiatur, uel in utero matris, uel poſt generationem, à cauſa aliqua uel interna, uel externa, vt Medico, uel obſtetrice. Quod in vtero matris vitiatũ eſt membrum, ante augmẽti finem, cum corpora adhuc creſcunt, emendari poteſt, in aliquibus partibus, non in omnibus Verbi gratia vari quidã, aut ualgi: poſt augmẽtum uerò corrigi nequit, pſertim cum iam obduruerũt mẽbra. Quod uerò ab obſtetricis, vel chirurgi in curia, os fractum male coaluit, ita ut figura ſit uitiata, & intorta: & ſiquidẽ callus obductus fuerit recens, corrigi poteſt, ſi os denuò

nuò perfringatur, & tum demum per conueniē tis calli ſuperinductionem curetur. Si verò callus obductus fuerit antiquus, & inueteratus, morbus erit deſperatus.

Portò pro curatione uitiatę figurę, tres nobis intentiones conſiderandæ erunt. quod ſcilicet ſit agendum: quibus inſtrumentis: & vbi ſit agendum.

Quid ſit agendum; indicabit morbi natura. Conformatio ſecundum figuram vitiata eſt. Reſtituenda ergo, ſiue curanda ſuo contrario: hoc eſt, contraria figura ei, q̄ nunc eſt, molienda erit, vt à figura non naturali in naturalem commutetur ſiue transferatur.

Quibus autem inſtrumētis figura vitiata corrigatur, ars chirurgica docebit: vtpote ligaturis, ferulis, puluillis, uinculis, frictionibus, &c.

Vbi uero ſit agendum, locus affectus indicabit, qui ſenſui oculorum ſubijcitur.

## *De curatione morborum in compoſitione, ſecundum cauitatem vitiatam, Cap. 6.*

CAuitates vitiantur, quia uacuum tollitur. Tollitur uerò obſtructione, uel anguſtia, à quibus actio immediatè læditur. Fit autem obſtructio à materia aliqua replente. Anguſtia ve-

ro meatuum à materia diſtendente. Curantur contrario: anguſtia quidem dilatante: obſtructio verò aperiente aliquo. Sic ergo quinque nobis indicationes ſunt perpendendæ: uidelicet Quid ſit agendum: Quantum ſit agendum: Quomodo: Quando,& Vbi.

Prima indicatio ꝑcipua eſt. Quoniã à morbi cauſis ſumitur: atq; ad illam reliquæ quatuor indicationes ueluti famulæ referuntur. Cauitas enim neceſſario à materia aliqua obſtruitur, aut repletur. Qualiſcũq; ea fuerit, auferẽda eſt, vt ad naturalẽ habitũ pars affecta redeat. Hoc autem fiet, ſi id quod obſtruit, remoueatur per euacuationẽ,&eductionẽ extra corpus. Vt lapis in ueſica per ſectionẽ aufertur: ſtercus durum, inteſtina obſtruẽs, pharmaco leniẽte educitur.

Quantum autem ſit agendum, indicabit nobis, virtus, ætas, anni tempus, morbi natura, & cauſa,&c.

Quomodo uerò, quibus inſtrumentis agendum ſit, indicabit nobis tũ cauſa morbi, an videlicet pharmaco, an phlebotomia cõmodiùs educi queat: tum pars affecta. Inteſtina namq; tum per clyſteres, tum iis, quæ per os ſumũtur, euacuari poſſunt. Vterus uerò peſſis,& clyſmatibus. Caput apophlegmatiſmis,& errhinis: thorax eligmatis: renes,& veſica, diureticis,&c.

Porrò tempus oportunum agendi erit, cùm

nihil impediet actionem iſtam, nec ratione materiæ nec ratione uiarum. Vt ſi materia fuerit craſſa, prius incidenda: viſcida detergenda: bilis acrimonia prius retundenda: ſtercus durum prius emolliendum: viæ, per quas educenda eſt materia, prius lubricandæ: obſtructæ, prius aperiendę, &c.

Per quas autem vias, materia ſit educenda; anatome ipſa nobis demonſtrabit. Nam cerebrum per nares, & os purgatur: ventriculus vomitu, & ſeceſſu: thorax, & pulmo, tuſſi: inteſtina per ſeceſſum: hepar, & renes, per vrinam: lien, per hæmorrhoides: cutis, per ſectionem, per cauteria, &c. Atq; hęc de obſtructione in uniuerſum nobis ſufficiant.

## *De curatione morborum, in compoſitione, ex ſuperficie aſpera, & leui. Cap. 7.*

QVemadmodum ſuperficies partis inſtrumentalis, vel leuis, vel aſpera, pro mēbri ipſius uſu, á natura primùm conformata eſt, ita quoque vitiatur, & præternaturam efficitur ſuperficies iſta, quia uel mutatur naturalis illius leuitas, vel aſperitas.

Cauſę aſperitatis ſunt uel internæ, vel externæ. Internæ cauſę ſunt humores acres, & erodentes

dentes, qui cuticulam exteriorem impetentes, illam erodunt. Poteſt itidem melancholicus, & aduſtus, aut pituitoſus & ſalſus aliquis humor ad cutim protrudi, vt in ſenib. fieri videre licet, qui idcirco ſcabie frequenter laborāt: præterea in ijs, qui elephantiaſi tenentur. Interdum à capite in pulmones huiuſmodi humores deſtillant, atque ſic guttur, & aſperam arteriam exaſperant.

Externę cauſæ ſunt, medicamenta abſtergentia, erodentia, & aſtringentia, puluis, fumus, ſecantia, frangentia, &c. Leuitatis uerò cauſæ ſunt, humor pinguis, vel viſcoſus.

Signa manifeſta ſunt, cùm oculis & tactu deprehendantur.

Iudicia uerò ab ipſa parte affecta ſumuntur. Siquidem in oſſe caries periculoſior: & ob id difficilius, quàm in cute aſperitas curatur.

Quod ad curationem attinet, curatiuæ elicię dę ſunt indicationes, vt ſciamus tum Quid ſit agendum: tum Quomodo ſeu quibus inſtrumentis curatio ſit aggredienda: tum Quantum: Quando. & vbi ſit agendum. In aſperitate itaq; Quid faciendum ſit indicat primo morbi cauſa. deinde morbus ipſe. Morbi cauſa, ſiue interna, ſiue externa fuerit, indicat ſui ablationem. Morbus uerò ipſe, indicat nobis, id quod exaſperatum eſt, eſſe denuò leuigandum.

Quo-

Quomodo autem, ſeu quibus inſtrumentis ſit agendum, nobis oſtendet particula affecta, & morbi cauſa. Siquidem cutis ab aſtringentibus aſpera reddita, tollitur ijs, quę eam laxare, & terrenam frigiditatem leuiter remittere poſſunt, qualia ſunt oleoſa, & pinguia omnia. Humore verò acri, vel erodente inæqualis facta, qualiſcunque is fuerit, per pharmacum conueniens auferendus erit: deinde cutis aſperitas, per lotiones, vel munctiones, remouēda. Sic os, quod ex vulnere, aut fractura inæquale, aut ab humore acri carioſum eſt redditum, abradēdū erit. Ad eundem modum aſpera arteria lenienda erit medicamentis liquidis, quæ non mordeant, ſed lentorem habeant, &c.

Porrò Quantùm ſit agendum, indicabit morbi ipſius magnitudo; deinde etiam affecti loci natura, prout magis, vel minus leuis pars antea erat.

Quando verò agere oporteat, indicabit morbi cauſa, & inſtrumenti qualitas. Siquidem morborum cauſę ſemper prius auferendæ erūt: deinde topica adminiſtranda. Sic lotionibus, balneis, ſudoribus, frictionibus, &c. ante cibum vtendum erit.

Vbi denique ſit agendum, oculorum ſenſus demonſtrabit, in parte ſcilicet affecta.

Cæterùm interdum naturalis ſuperficiei aſpe-

ritas

ritas vitiatur, & leuis fit, ab iis, quę leuitatem non naturalem inducere poſſunt: cuiuſmodi sũt humores viſcoſi, & pinguia omnia. Pro huius curatione, Quid agendum ſit, conſtat: uidelicet cauſas prius eſſe auferendas: deinde id quod leuigatum eſt, denuò eſſe exaſperandum. Hoc quidem ijs fieri poterit remedijs, quę leuiter incidant, & detergeant. Reliquæ indicationes à pręcedentibus fontibus perantur.

## *De curatione morborum in compoſitione, ſecundum numerum, Cap. 8.*

IN numero morbus accidit, cùm pars inſtrumentalis, vel integra & tota, vel aliqua illius particula, deficit, aut excedit numero.

Quod numero ſuperabundat, vel ſecundum naturam eſt, vel præternaturam. Secundum naturam eſt ſextus digitus: caput geminum, &c. Preternaturam uerò, ut calculus in veſica, lumbrici in inteſtinis: uaricæ, tuberculę, pterygion in oculo, &c.

Cauſę numeri ſuperabundantis; & quidem naturalis, utilis materiæ multitudo eſt: preternaturalis uerò, inutilis materię copia.

Cauſæ numeri deficientis, ſunt, vel vſtio, reſectio, putrefactio, vel refrigeratio.

Sig

Signa numeri abundantis, vel deficientis manifeſta ſunt.

Iudicia verò, ab ipſius morbi & particulę affectę natura, & tempora ſumuntur. Caput enim geminum citra vitę periculum curari nequit: ſuffuſio, citra oculi lęſionem vix adimitur. Pars quæ à primo ortu deficit, reſtitui nequit. Ad eundem modum ſpermaticæ partes non reſtituuntur verè, ſed ſubſtantia diuerſi generis, quàm callum vocant.

Quod ad curationem attinet, ea ſecundum indicationes ſuas dirigēda eſt. Quare in numero abundante, Quid ſit agendum, morbus indicat. Numerus ſuperadditus eſt: itaque ſuo contrario tolletur, ablatione uidelicet, quæ prima eſt, & potiſſima intentio in hoc morbo.

Quomodo verò, ſeu quibus inſtrumentis auferenda ſit pars, ferro, igne, an cauſtico, docebit particulæ natura, & dignitas. Vbi ſit agendum, partis affectę conſtructio indicabit.

Porrò numerus deficiens, ſiue integra pars, ſiue partis particula fuerit, reſtituenda eſt. Reſtituitur autem pars, & quidem carnoſa, per ſubſtantiam ſimilem: ſpermatica uerò per ea, quæ callum generant.

De

## *De curatione morborum in compoſitione, ſecundum magnitudinem, Cap. 9.*

MAgnitudo partis, interdum præter modũ naturæ à prima generatione increſcit, vel minuitur, vt actionem impediat. Nonnunquam poſt ortum animalis augetur plurimum, vt in priapiſmo, carne ſupercreſcente vlcerum: mammis, & teſticulis auctis videre licet: interdum verò minuitur, vt in tabe, atrophia, phthiſi oculorum, &c.

Cauſę autem, ob quas partes augentur, ſunt vtilis materiæ multitudo, uel virtus ualida. Imminutę uerò magnitudinis, utilis materię defectus, vel uirtus imbecilla.

Signa viſui manifeſta ſunt.

Iudicia uerò à morbi tempore deſumuntur. Nam quæ à prima generatione plurimum auctę uidentur partes, uel imminutę, diuque ita permanſerint, curationem non recipiunt: quæ uerò poſt animalis ortum originem traxerũt, magnitudines, vel imminutiones, curari aliqua ex parte poſſunt. Porrò ſimiles ferè habent intentiones curatiuas, morbus in magnitudine, & numero vitiato. Vtrobiq; enim eſt uel exceſſus, vel defectus: quare ét uel additio, uel ablatio.

Diſſe-

Differunt tantùm, quòd in numero aucto inter dum tota pars auferenda eſt: at in quantitate aucta nunquam tota pars, ſed id tantùm, quod in parte redundat. Sic ergo in magnitudine aucta indicationes eliciendæ ſunt· Quid videlicet agendum ſit: Quantum: Quomodo, ſeu quibus inſtrumentis: Quando: & Vbi

Prima, & præcipua intentio eſt Ablatio. quæ eadem quoque erat in numero aucto.

Porrò quantum ſit auferendum, indicabit partis magnitudo naturalis.

Quomodo verò, Quando, & Vbi, partis atque morbi natura demonſtrabit.

Cæterùm magnitudo partis imminuta eſt. Reficienda igitur eſt, per generationem ſimilis, aut certè diſſimilis ſubſtantiæ. Cuius eadem eſt ratio, & idem medicamentorum vſus, quæ etiã in numero erant deficiente.

## *De curatione luxationum. Cap.* 10.

LVxatio inter morbos compoſitionis refertur: quoniã ſitus mutatus eſt. Luxatio enim eſt articuli è natiuo poſitu, ſeu proprio acetabulo, in alienam, atque inſolitam ſedem prolapſus, quo motus arbitrarius impeditur: Græci exarthrema vocant.

Cauſæ luxatorum oſſium, ſunt vel intrinſecę, vel extrinſecæ. Extrinſecę ſunt caſus, percuſſio, & violenta, atque incongrua membri alicuius

extenſio, aut diſtorſo, ſeu peruerſo. Internæ ſunt, vt cùm mucoſus aliquis humor, & pituitoſus, in articulis, ſeu iuncturis aceruatur, qui articulationis ipſius ligamenta primùm madefacit deinde laxiora reddit, & tandem ob eius multitudinem, ſua ſede os ipſum protrudit.

Signa ſunt, tumor ea parte, qua os prorũpit, & ſinus, ſeu cauitas inſolita ea, à qua receſſit dolor: motus priuatio, aut difficultas &c.

An verò curari valeat, indicabit nobis pars affecta: ſymptomata: ætas: & tempus. Nam caput ſi in poſteriorem partem prolabitur (vt inquit Celſus) nunquam in ſuos ſinus compellitur, ſed mortem ſtatim adfert ineuitabilem. Sic neque in ſpina vertebrę cùm toto loco mutatæ ſunt: neque etiam maxilla, quæ vtraque parte prolapſa eſt, & antequam repoſita ſit, inflammattionem concitauit. Genu vt facile prolabitur, ſic non magno impendio in ſuam rurſus ſedem compellitur. Digitorum luxatio nullum etiã faceſſit negotium. Cubitus verò vt tardius quidem, ac difficilius excidit, ita prolapſus negotij plurimum exhibet. Humerus autem, vt neque difficulter admodum præſertim in macilentis, elabitur, ſic nec difficillimè in ſedẽ ſuã reponitur. Porrò quibus luxationibus inflammatio, aut vulnus, aut dolor ingens, & acris accedit, hę præterquam quòd curatu admodum difficiles ſunt, periculo quoque non vacant. Lu

xatio

xatio prçterea, in qua oſſium margines frangũtur, peſſima indicatur. Articuli qui neruorum, ac ligamentorũ vitio prolapſi ſunt, & poſtea in ſuas ſedes repulſi, iterùm excidũt. Quo loco ſuo non ſunt, caro ea increſcit, magiſque in proximo membro, quàm in vlteriore. Quibus in pueritia articuli exciderunt, neque repoſiti ſunt, minus, quàm cæteri creſcunt.

Vetuſtæ omnes luxationes, & quæ ſpatio temporis iam callo obduerunt, vel difficillimè, uel nunquàm conſaneſcunt. Proinde ſtatim, ſi fieri poteſt, reponi luxata debent.

Indicium autem euidens oſſis in ſuam naturalem ſedem reducti, eſt, cùm veluti ſtrepitus aliquis auditus eſt, dum in natiuum ſuum acetabulum ingrediebatur, & membri nuper luxati figura, & conformatio, ſuæ ipſius, aut alterius paris figurç, quàm ſimilima tum viſu, tum attactu deprehenditur.

Quod verò ad curationem attinet, tres luxationis intentiones curatiuç nobis occurrunt.

Prima, luxati articuli in naturalem ſedem reductio Secunda, conſeruatio articuli in ſua ſede, ne ampliùs excidat. Tertia, ſimptomatum correctio, quæ impediunt ſcopos prædictos, ſiue ante repoſitionem oſſis, ſiue poſt repoſitionem accidant. Porrò vt ſcopum, ſeu intentionem primam aſſequaris, luxatum membrum in diuerſas partes decenter extendendum eſt, donec

ſpatium inter oſſa liberum ſit. Tum id os, quod ſuo loco excidit, ab ea parte, in quam prolapſum eſt, in contrariam impellere oportet, atque ita in germanum ſuum acetabulum reſtituere: vt ſinus ſeu cauitatis inſolita vacuitas impleatur. Hæc autem leniter, & ſine dolore, quatenus fieri licet, agenda ſunt. Cæterùm non vna eademq; in omnibus extendendi ratio eſt: ſed alia atque alia pro natura ſcilicet partis luxatę prout nerui, ac tendines valent, aut oſſa huc illucue ſederunt. Modo enim manibus ſolis, modò habenis iniectis vtendum eſt, modo verò, quędam alia machinamenta adhibenda ſunt, vt ex uno Hippocrate diſcere poteris.

Secundus ſcopus eſt, vt membrum, quod exciderat, & iam repoſitum eſt, non amplius deinceps ſua ſede ꝓlabatur, ſed inibi ꝑſiſtat. Repoſiti igitur articuli iunctura, modis omnib. ſtatim firmāda ac roborāda eſt. Firmabitur aūt optimè ſi roſaceo ꝑlinatur, ac poſtea pannus aliqs lineus gracilis, vetus, & lenis rhodino delibutus, ipſi applicetur: deinde ſi ſtupæ lenes, ac pāni multiplices, ouorum candido perfuſi, ſuper accommodentur, & poſtremò, ſi faſcijs poſca madentibus, pro ratione particulæ lōgis latisq; ſubligetur. Quinetiam ſerulæ ex corio, aut dēſa papiro factæ, ſi neceſſitas requiret, circundandę ſunt. Nec verò ante diem ſeptimum, aut decimum, ipſum reſoluere oportet, ſed ita ſinere.

Porro

Porrò luxato in ſuam ſedem repoſito, ipſum á dolore, & inflãmatione vindicandum eſt: qui tertius eſt ſcopus in curandis luxatis, medenti propoſitus. Hunc igitur conſequeris, ſi quæ roborant & repellunt, parti luxatæ adpoſueris: ſi præterea tenuem ab initio probamque victus rationem ægro imperaueris, illique venam, ſi nihil prohibeat, ſecueris: & ventrem, ſi opus eſt, purgante medicamento ſubduxeris. Verùm ſi antè quàm ad curationem voceris luxata pars iam dolore infeſtetur; aut inflammatione occupetur, non priùs eam in locum ſuum, á quo excidit, reponere tentabis, quàm dolor finitus fuerit, & inflammatio conquieuerit. Cæterùm ſi luxatis oſſibus vulnus quoque acceſſit, multa diligentia opus eſt. Si verò cum fractura luxatio euenerit, hæc primum ſi fieri poſſit: illa verò ſecundò curanda erit. At ſi antè fracturę adminiſtrationem luxatum commodè reduci non poſſit, fracturam ipſam primùm curabimus, deinde cũ fractura callo iam obfirmata fuerit, luxationis curationem aggrediemur. Quod ſi luxatio inueterauerit, & calloſa inibi durities contracta fuerit, ea decocto maluæ & altheæ perfundenda eſt: deinde vnguento dialtheę collinenda: poſt hæc emplaſtrum diachylon ſuper apponendum erit: vel eius loco lana ſuccida mucilagine quapiam emoliente delibuta: vel id genus aliu emolientia. Loco verò ſufficienter

emollito, luxatum in ſuam ſedem dandum eſt.

## *De curatione vulnerum, Cap.* II.

